GEORGII LVDOVICI BOEHMERI D.

MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS ET PROF.
IVR. ORDIN. IN ACADEMIA GEORGIA
AVGVSTA

DE
REMEDIO SYNDICATVS
ADVERSVS
SENTENTIAS CAMERAE IMPERII
EXERCITATIO.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



GOTTINGAE
APVD IO. PET. ET IO. GVIL. SCHMID, FRATRES,
REGIAE VNIVERSITATIS BIBLIOPOLAS
MDCCXLIV

Digitized by Google

SERIES TRACTATIONIS

CAPVT I.

De remediis iuris aduerſus iudicem, male iudicantem, ſecundum ius Germanicum et Romanum.

§. I. *Litigantibus non minus aduerſus iniurias iudicum, quam his aduerſus illorum calumnias proſpiciendum.*

§. II. *De remediis aduerſus male iudicata ex iure Germanico.*

§. III. *De diſcrimine prouocationis a ſententia vel dolo, vel culpa iudicis male lata, apud Bauaros et Alamannos.*

§. IV. *Quid cautum iure Longobardorum et Francorum?*

§. V. *Nec non iure Wiſigothorum et Burgundionum?*

§. VI. *De effectu ſuſpenſiuo prouocationis.*

§. VII. *De modo exequendi prouocationem.*

§. VIII. *Sententia Speculi Sueuici, quæ iudicem per ſordes iudicantem ad id, quod intereſt, præſtandum condemnat, non ex iure Romano ſed Germanico explicanda.*

§. IX. *Quomodo temerariæ prouocationes iure Germ. punitæ?*

§. X. *Iure Romano iudex male iudicans litem ſuam facit.*

§. XI. *Sententia Edicti, a Prætore eo nomine propoſiti, ex antiquis ICtis probabili ratione repetitur.*

§. XII. *Iudex litem faciebat, non modo dolo verum etiam per imprudentiam inique iudicans.*

§. XIII. *Vtrum ſolus iudex pedaneus vel qui in conſilio prætoris eſt, aſſeſſor, an etiam magiſtratus male iudicando litem ſuam fecerit?*

§. XIV. *An appellatione vti negligenti actio data ſit aduerſus iudicem per imprudentiam male iudicantem?*

§. XV. *Aduerſus iudicem male iudicantem actio in factum dabatur.*

§. XVI. *Hanc actionem ad litis*

æſtimationem a iudice conſequendam non vero ad reformationem ſententiæ competiiſſe probatur.

§. XVII. Nec per illam ad declarandam ſententiæ nullitatem agebatur, vbi ſimul oſtenditur, non quamlibet ſententiam dolo iudicis pronunciatam, ſed eam tantum, quæ turpi pretio redemta erat, nullam fuiſſe.

§. XVIII. Cur hæc actio de Syndicatu appellata ſit?

§. XIX. De modo Syndicatus iudicium exercendi in medio æuo.

CAPVT II.

De remedio Syndicatus aduerſus ſententias Cameræ Imperii.

§. I. Actio de Syndicatu in ſupremis Imperii iudiciis in remedium aduerſus Sententias immutata.

§. II. Fata huius remedii explicantur, quod olim primum et vnicum fuit, quod aduerſus ſententias Camerales dabatur.

§. III. Reuiſione aduerſus ſententias Camerales poſtea introducta, Syndicatus non niſi ob dolum iudicis male iudicantis competere cœpit.

§. IV. Syndicatus remedium quid?

§. V. Prout Syndicatus aduerſus membra Cameræ imperii vel Iudicii Imperialis aulici inſtituitur, ad Viſitatores Cameræ vel ad Imperatorem, cuius nomine Conſilium Aulicum de eo cognoſcit, dirigitur.

§. VI. Eſt remedium deuolutiuum.

§. VII. Fundamentum eius in dolo iudicis inique iudicantis conſiſtit.

§. VIII. Quod illuſtratur caſu, ſi ex zelo religionis male iudicatur.

§. IX. Competit parti læſæ, et læſionem præponit.

§. X. Non aduerſus integrum iudicium ſed aduerſus ea tantum membra, quæ doli rei arguuntur, inſtituitur.

§. XI. De differentia Syndicatus et Reuiſionis.

§. XII. Tantum competit ad indemni-

demnitatem a iudice obtinendam.

§. XIII. *Vnde diſtinguitur a iudicio Syndicatus criminali.*

§. XIV. *Nec competit, ſi iudex corruptus iuſtam ſententiam dixerit.*

§. XV. *Syndicatus non tendit ad reformationem ſententiæ.*

§. XVI. *Quod ex indole actionis in factum, quam imitatur Syndicatus, oſtenditur,*

§. XVII. *Nec non ex diſcrimine eius a Reuiſione et ex Ord. Cam. euincitur.*

§. XVIII. *Dubia diluuntur, ab appellatione remedii aduerſus ſententiam deducta.*

§. XIX. *Aliud dubium excutitur.*

§. XX. *Vnde non attento Syndicatu, ſententia licet iniqua, in rem iudicatam tranſit, præterquam ſi venalis fuerit.*

§. XXI. *Syndicatus cum Reuiſione eodem libello cumulari nequit, quamuis horum remediorum vnumquodque ſeparato libello ſimul inſtitui poſſit.*

§. XXII. *Cur et quatenus eadem iura in Syndicatu ac in Reuiſione obtineant?*

§. XXIII. *Quoad leges Imperii, de Reuiſione ſancientes, ad Syndicatum pertineant?*

§. XXIV. *Alia ratio iurium in vtroque remedio conuenientium ex eo deducitur, quod vtriuſque ſolennia ad Cameræ Viſitationem ſe referant.*

§. XXV. *De Syndicatus interpoſitione.*

§. XXVI. *De tempore interpoſitionis.*

§. XXVII. *De modo interpoſitionis.*

§. XXVIII. *De literis intimationis.*

§. XXIX. *De introductione Syndicatus.*

§. XXX. *De libello grauaminum.*

§. XXXI. *Vtrum clauſum libellum aperiendi ius penes Cameram Imperii ſit, an penes Cameræ Viſitatores et Syndicatores?*

§. XXXII. *De iuramento Syndicatus.*

§. XXXIII. *De formalibus Syndicatus cognoſcendi ius Cameræ Imperii competit.*

§. XXXIV. *De Syndicatu admittendo vel non admittendo regulariter cognoſcunt Syndicatores: quamquam ſi friuole interpoſitus ſit, camera imperii*

Digitized by Google

rii quoque prouiſorie de eo cognoſcere poſſit.

§. XXXV. *Quod vlterius exponitur ex eis, quæ in Comitiis Ratiſbonenſibus de hac quæſtione intuitu reuiſionis acta ſunt.*

§. XXXVI. et §. XXXVII. *Syndicatum effectum ſuſpenſiuum non habere, ex rationibus et legibus euincitur.*

§. XXXVIII. *Fata effectus ſuſpenſiui in Reuiſione.*

§. XXXIX. *Inde deductæ concluſiones, et ad Syndicatum tranſlatæ.*

§. XL. *Cautio in caſum ſuccumbentiæ in Syndicatu non præſtanda.*

§. XLI. *Pendente Syndicatu, in lite principali coram Camera Imperii vlterius proceditur.*

§. XLII. *De Iudicio Syndicatus, coram Imperatoris Commiſſariis et Statuum Imperii ad Viſitationem Cameræ deputatis inſtituendo.*

§. LXIII. *De virtutibus Syndicatorum hoſque recuſandi iure.*

§. XLIV. *De iureiurando Syndicatorum.*

§. XLV. *Quatenus Syndicatui ante inſtitutum iudicium renunciari poſſit?*

§. XLVI. *De pecunia ſuccumbentiæ in iudicio Syndicatus præſtanda.*

§. XLVII. *De modo procedendi in iudicio Syndicatus.*

§. XLVIII. *Iudicium Syndicatus in Comitiis Imperii non inſtituitur: vnde nec eo nomine Recurſus ad Comitia datur.*

§. XLIX. *Nec ſub colore communis grauaminis Recurſui ad Comitia locus eſt.*

§. L. *Nec ſub prætextu quieſcentium Viſitationum.*

§. LI. *Quatenus in defectu viſitationum extraordinariæ commiſſioni locus eſſe poſſit?*

§. LII. *Pendente Syndicatu, cauſa principalis ſub prætextu recuſationis ad Comitia tranſferri nequit.*

§. LIII. *An ſub colore interpretationis autenticæ, in Syndicatus remedio petendæ, Recurſui locus eſſe queat.*

§. LIV. *De rariori vſu remedii Syndicatus.*

DE

Digitized by Google

DE

REMEDIO SYNDICATVS

aduerſus ſententias Cameræ Imperii

EXERCITATIO.

Capvt I.

De remediis iuris aduerſus iudicem, male iudicantem,

ſecundum ius Germanicum et Romanum.

§. I.

Iuſtitiæ in republica tuendæ ac promouendæ maxima pars in duobus potiſſimum continetur: *alterum* eſt, vt iudiciis eiusmodi præſint iudices, quorum religionem nec gratia, nec odium, nec preces, nec præmia peruertant, et ſi qui his vitiis corrupti, litigantes iniqua ſententia læſerint, læſis præſidium et idonea iuris remedia in promtu ' ſint. *Alterum* non minoris ponderis momentum hoc eſt, vt, ne quæ ad præſidium aduerſus iudicum iniurias prodita ſunt iuris beneficia, ad iniu-

Litigantibus non minus aduerſus iniurias iudicum, quam his aduerſus illorum calumnias proſpiciendum.

Digitized by Google

riam, aduerſus iudices euomendam, ad exiſtimationem et ſanctitatem eorum violandam turpiter et nefarie adhibeantur, ſolerter caueatur. Adpoſite eam in rem TVLDENVS: (a) *Appellationes non ſæpius oppreſſis ſuffragium, quam calumniantibus ſuffugium ſunt.* Saepenumero homines non ita cauti ſunt aduerſus bona ſua, ſed remediis huiusmodi, ſapienter repertis, non ad *ius ſuum* perſequendum, ſed in *detrimentum alterius* abutuntur, vt hoc velut iuris tegumento ius denegent impune; lites ex litibus ſerant, litesque immortales efficiant. Nihil quidem iuſtitiæ, quæ ſuum cuique ius tribuit, adeo aduerſum, quam vim, potentiam, iniurias *iudicum* tolerare, et non flagitioſum tantum eſt, iudice CICERONE, (b) ſed omnium etiam turpiſſimum maximeque nefarium, ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem et religionem: ſed id ipſum tamen in iudice non adeo metuendum, quem officii religio munerisque grauitas dignitasque in officio continere ſolent. Nihil vero iuſtitiæ et publicæ ſaluti magis inimicum, quam *litigantium* pruritus tolerare, quos nec iuſtitiæ, cui colorem *defenſionis* obtendunt, nec honeſtatis et exiſtimationis rationes ab iſtorum beneficiorum abuſu auocant, quos improba quædam *impunitas* vel ſpes, a defenſionis fauore falſo et temere petita, licentiores reddit, vt velut infrenes iudicum, quorum iuſtitiam in iudicando amplius ferre nequeunt, famam ac dignitatem ſugillare et laceſſere audeant, nullisque aliis temeritatis præſidiis

(a) DIODOR. TVLDENVS *de cauſis corruptorum iudiciorum et remediis* Lib. IV. cap 18. *Op. eius Tom. V.* Edit. Louan p. 153.

(b) CICERO *in Verrem,* Lib. II. cap. 32. n. 78.

diis ad malam cauſam in iudicio tuendam ſuppetentibus, ad conuicia confugiant, et iudices, tamquam male et per ſordes iudicantes, per ſuperiores ad rationes vocari vrgeant. Quæ cum ita ſint, et reipublicæ tantopere interſit, cum *iudicum* iniquitatem tum vel maxime *litigantium* temeritatem coërceri: ei quidem rei plerarumque gentium moratiorum legibus proſpectum eſt, quamquam optimæ quidem leges ad fraudes, artes, machinationesque litigantium reprimendas impares fuiſſe videantur, prout, quantum ſatis eſt, docuit LVDOLPHVS HVGO in egregio libello *de Appellationum abuſu tollendo.*

§. II.

De remediis aduerſus male iudicata ex iure Germ.

Laudo Maiores noſtros, cordatiſſimos mortales, qui quanto ſtudio *iudices* in officio, fide et religione continendos curarunt, tanto maiori religioni et exiſtimationi *recte iudicantium* aduerſus *improbos litigatores* proſpiciendum cenſuerunt. De vtroque videamus. Principio genti Germanicæ, libertatis tenaciſſimæ, nihil adeo infenſum, quam iniuſtitia iudicantium opprimi. Itaque diligens legum cuſtodia et incorrupta iuſtitiae adminiſtratio iudicibus iterum iterumque non iniuncta modo in legibus Germanorum; (a) verum etiam

(a) De religione iudicantis ſtatuitur in LEGE BAIVVAR. *Tit. II. cap. XVII.* apud STEPHANVM BALVZIVM *capitular. Tom. I. pag. 108. Judex autem talis ordinetur, qui veritatem ſecundum hoc edictum iudicet:* „*Non ſit perſo-„narum acceptor, neque cupidus pecu-„niae. Perit lex cupiditatis amore.* „*Præmia et dona legibus vires tulerunt.* „*Impunita manet male viuendi licen-„tia. Propterea talis conſtituatur Iudex,* „*qui plus diligit iuſtitiam quam pecu-„niam.* Conf. LEX ALAMANN. „*tit. XLI. §. 1. ibid. p. 68.*

etiam ſatisfactio imperata iudici, ſi in ſententia ferenda iudicio vſus erat, odio, amore, aut pretio corrupto infectoque. Læſus ſatisfactionem petebat, *querela* ſeu *prouocatione* ad ſuperiorem iudicem directa, immo apud Palatium Principis interpoſita; (b) vt vel hac ratione iudicum vel licentia inhiberetur, vel exſuſcitaretur negligentia, imminente videlicet reuerentia ſupremi iudicis vel Imperantis, cui approbare ſententias ſuas et decreta deberent.

§. III.

De diſcrimine prouocationis a ſententia vel dolo, vel culpa male lata, apud Bavaros et Alamannos.

Prouocatio apud Germanos duplex erat, prout ratio cauſæ, male iudicatæ, vel in *dolo* iudicis vel in eius *culpa* et imperitia conſiſtebat. Vtraque non quidem *nomine* ſed tamen *fundamento* et *effectu* diſtincta. In *illa* pars læſa iudicem dolo, partium ſtudio, lucrandi cupiditate iudicaſſe affirmabat: in *hac* minus recte iudicatum eſſe contendebat, ex inepta et minus circumſpecta legum ad factum applicatione. In illa iudicem, *delicti* reum factum, ad *ſatisfactionem* ſibi præſtandam condemnari; in *hac* tantummodo ſententiam iniquam emendari rogabat. Quæ quidem Germanorum Legibus teſtatiſſima ſunt. Diſtinctionem accurate ſeruant BAVARI, iudicem ex dolo male iudicantem dupli æſtimatione, læſo præſtanda, et inſuper mulcta punientes. *Iudex ſi accepta pecunia male iudicauerit, ille, qui iniuſte aliquid ab eo per ſententiam iudicantis abſtulerit, ablata reſtituat. Nam iudex, qui perperam iudicauerit, in duplum ei, cui damnum intulerit, cogatur exſoluere, quia ferre*

(b) Plura eam in rem ex. poſuit Dn. Præſes in Diſſ. de *Prouocationibus Iuris Germanici cap. I.*

ferre ſententiam contra Legum noſtrarum ſtatuta præſumſit, et in fiſco cogatur XL. ſolidos perſoluere. Si vero nec per gratiam nec per cupiditatem ſed per errorem iniuſte iudicauerit, iudicium ipſius, in quo erraſſe cognoſcitur, non habeat firmitatem; iudex non vocetur ad culpam. (a) Eadem eſt ſententia Legis ALAMANNORVM: *Si autem per cupiditatem aut per inuidiam alicuius, aut per timorem contra legem iudicauerit, cognoſcat ſe deliquiſſe et duodecim ſolidis ſit culpabilis, cui iniuſte iudicauit: et quod per illum damnum paſſus eſt, iniuſte ille iudex reſtituat ei.* (b)

§. IV.

Quid cautum iure Longobard. et Francorum.

LONGOBARDI, facto diſcrimine inter cauſas *lege* definitas, et inter cauſas *arbitrio* iudicis definiendas, eam in rem ita ſtatuerunt. (c) *Si Iudex contra legem iudicauerit, componat ſolidos XL. medium Regi, et medium, cuius cauſa fuerit. Et ſi forſan iudex cauſam per arbitrium iudicauerit, et iudicium eius rectum non apparuerit; non ſit culpabilis; niſi præbeat ſacramentum Regi, quod iniquo animo, aut corruptus præmio, cauſam ipſam non iudicaſſet, et ſit abſolutus: nam ſi iurare non præſumſerit, componat, vt ſupra dictum eſt.* Apud FRANCOS, SALIOS et RIPVARIOS Rathimburgi, lata ſententia, Legi Salicæ vel Ripuariæ aperte aduerſa, dolum ſatisfactione XV. Solidorum luebant. (d)

§. V.

(a) LEX BAIVVAR. *tit. II. cap. XVIII. XIX.*

(b) LEX ALAM. *tit. XLI.* §. *2. p. 68.*

(c) Vid. LEX LVITPRANDI, Longobardorum Regis, in Dni GEORGISCH *corp. Iur. Germ. Lib. IV. cap. X. p. 1044.*

(d) Vid LEX SALICA *tit. LX.* et LEX RIPVAR. *tit. LV.*

§. V.

Nec non iure Wiſigotho-rum et Burgund.

Iure WISIGOTHORVM eadem diſtinctio inter iudicem, ex *dolo* et *culpa* male iudicantem, ſeruata. Iudex deliberato animo male iudicans, tantundem, ac per iniuſtam ſententiam ablatum, reddere debebat: vel in opum defectu *L flagella publice extenſus ſuſcipiebat. Si autem,* pergit Lex, (a) *per ignorantiam iniuſte iudicauerit, et ſacramento ſe potuerit excuſare, quod non per amicitiam vel cupiditatem aut per quodlibet commodum ſed tantummodo ignoranter hoc fecerit, quod iudicauit, non valeat, et ipſe iudex non implicetur in culpa.* Seueriores omnibus BVRGVNDIONVM Leges, in corruptos præmiis iudices capitis poenam ſtatuerunt, nulla habita ratione, vtrum iudex pretio corruptus iuſte an iniuſte iudicaſſet. Ita enim LEX BVRGVNDIONVM: (b) *Si quis memoratorum contra leges noſtras aut etiam iuſte iudicans, de cauſa vel iudicio præmium conuictus fuerit accepiſſe, ad exemplum omnium probato crimine capite puniatur.*

§. VI.

De effectu ſuſpenſiuo prouocationis.

Quæ omnia quidem docent, querelam iſtam de ſatisfactione a iudice, ex dolo male iudicante, præſtanda coram iudice ſuperiori tractatam eſſe, eamque ideo effectum deuolutiuum habuiſſe. Vtrum vero ſententiæ, ab inferiore iudice pronunciatæ, executio per eamdem ſuſpenſa ſit; quæſtio eſt, non omnium gentium

(a) LEX WISIGOTH. *lib. II. tit. I.* §. *XX.* ex edit. PITHOEI p. 29. et apud Dn. GEORGISCH. l. c.

(b) Vid. *Praf.* LEG. BVRGVND. *ibid. p.* 338. et ex *edit.* LINDENBROGII *p.* 277.

Digitized by Google

tium Germanicarum legibus diſerte comprobata. De iure Wiſigothorum res confecta eſt, et *effectus ſuſpenſiuus* prouocationi denegatus, nec ea prius, quam implorans ſententiæ paruiſſet, recepta. Qua de re ita ſancit LEX WISIGOTHORVM: (a) *Qui ſuſpectum iudicem habere ſe dixerat, ſi contra eundem deinceps fuerit querelatus*, COMPLETIS PRIVS, *quæ per iudicium ſtatuta ſunt, ſciat ſibi apud audientiam Principis appellare iudicem* (h. e. de eo conqueri) *eſſe permiſſum.* Cuius diſpoſitionis ratio æquiſſima: ne enim prouocatio litis temere et improbe differendæ materiam ſuppeditaret; ſententia iudicis, præſumtione æquitatis ſatis munita, executioni merito demandanda eſſe videbatur. Quamquam vero in reliquis Germanorum legibus ea de re nihil diſerte cautum deprehendatur: eamdem tamen et ceterarum legum ſententiam fuiſſe, probabile eſt, ſi quidem et in legibus BAIVVARIORVM (b) reſtitutio eius, quod per ſententiam ablatum erat, adiudicatur, ideoque ſententiam executioni demandatam fuiſſe præponitur. Accedit Legum Normannicarum diſpoſitio (c) *Quicquid in curia per iudicium fuerit terminatum, inuiolabiliter debet obſeruari, quousque per iuratorum et diſcretiorum ſententiam iudicium illud, ſi infirmatum fuerit, reuocetur.* Qua quidem diſpoſitione nihil æquius, nihil ad reprimendam litigantium temeritatem adcommodatius: ſiquidem ſententiæ iudicis inferioris vis et auctoritas merito tamdiu tribuen-

(a) LEX WISIGOTH. *lib. II. tit. I. §. XXIII. p.* 1873.

(b) LEX BAIVVAR. *l. c. p.* 208.

(c) LEX NORMANN. *Lib. II. cap. XXXI* §. 15. in IO. PETR. de LVDEWIG *tom. VII. reliqu. MSctt. p.* 331.

tribuenda, donec eius iniquitas poſt ſuſceptam apud ſuperiorem cauſæ diſcuſſionem manifeſta fieri incipit. De cautione et ſatisdatione, de bonis in caſum ſuccumbentiæ reſtituendis, inter Germanos fruſtra quæſiueris, penes quos fides data ſanctior omni cautione, et pro vinculo cautionis cedebat.

§. VII.

De modo exequendi prouocationem.

Cauſa per prouocationem ad ſuperioris iudicis cognitionem ſemel delata, ita procedi ſolebat, vt iudex inferior *ſententiæ* ſuæ *rationes* coram ſuperiori, veluti coram Comite vel Rege vel coram iudicibus extraordinariis, regio decreto conſtitutis, redderet, de dolo conuictus, ad *ſatisfactionem* condemnaretur, vel ſi de dolo aut corruptione non ſatis ſuperque conſtabat, ſuſpicionem doli *iureiurando* euerteret. Procedendi modum deſcribit Lex WISIGOTHORVM: (a) *Iudex ſi a quacunque perſona fuerit pulſatus, ſciat ſe ante Comitem ciuitatis, vel ante eos, quos ad ſuam perſonam Comes elegerit, rationem pleniſſimam legali ordine redditurum. Sane ſi regia hoc in negotio fuerit præſtolata præceptio, remoto epiſcopo aliiſque iudicibus, cauſam, qui fuerint iudices inſtituti, terminare curabunt. Et ſi coepta iam apud iudicem aut finita, ſeu apud ſacerdotem ſiue apud Comitem actione, cauſidicus ille* (h. e. pars litigans) *iterum cum regali iuſſione occurrerit, is, qui cauſam iudicare coepit, ſeu finiuit, illius rei geſtæ redditurus eſt rationem, qui per regium decretum conſtituti ſunt iudices; quatenus ſi male iudicaſſe conuincitur, iuxta leges ſatisfaciat petitori.* Iudex itaque, fraudis in iudicando conuictus, non ipſe tantum

tum

(a) LEX WISIGOTH. *lib. II. tit. I. §. XXXI. ibid. p. 1880.*

Digitized by Google

tum ad ſatiſfactionem, poenamue, ſed et, vbi ſententia prior male et aduerſus leges lata apparebat, hac reſciſſa, aduerſarius ad reſtituendum, quicquid ex victrice ſententia obtinuerat, condemnabatur. (b)

§. VIII.

Iura patria ſequitur Specul. Sueuicum.

Germanorum moribus omnino reſpondent, quæ ex medio æuo in SPECVLO SVEVICO referuntur de iudice, *welcher Gut nimmet von einem, der Vnrecht hat.* Qui enim per ſordes inique iudicauerat iudex, ad omne id, quod partis læſæ intererat, præſtandum obſtrictus eſſe dicitur. (c) *Ihm iſt der Richter ſchuldig zu gelten allen den Schaden, der ihm geſchah alſo von ſeinem vnrechtem Gericht.* Quæ quidem doctrinam *iuris Romani* redolere, et ex legibus, quæ de *actione in factum*, erga iudicem inique iudicantem inſtituenda, præcipiunt, immixta patriis moribus eſſe, parum accurate exiſtimauit THOMASIVS; (d) ſiquidem hæc non peregrina ſed *domeſtica* iura eſſe, quæ hactenus expoſuimus, euincunt.

§. IX.

Quomodo temeraria prouocationes iure Germ. punita?

Supereſt altera viſio, qua quidem ratione iudicantium exiſtimationi aduerſus litigantium calumnias proſpexerint Germani? Temeritati enim et calumniæ litigantium in populo, libertatis amico, obicem non pone-

(b) LEX WISIGOTH. *l. c.* §. *XXIII.* LEX BAIVVAR. *tit. II. cap. XVIII.*

(c) SPEC. SVEV. *cap. LXXIII.* §. *7.* apud IO. AVG. de BERGER *in collat. Cod. iur. Alaman. p. 127.*

(d) In *diſſ. de actione aduerſus iudicem male iudic.* §. *XIII. p. 32.*

ponere, quid fuiſſet, niſi aſylum aperire calumniæ, fraudi et tergiuerſationi? *Franci Salii* litigantes, qui iudicem contra legem iudicaſſe, probare non poterant, mulcta coercebant, ita vt vnicuique de ſeptem Rathimburgiis DC. denarios, qui faciunt ſolidos XV. ſoluere tenerentur. (a) Secundum leges Alamannorum *litigans*, temeraria querela in iudicem iniurius, ſimili, quam *iudex*, fraudis conuictus, ſuſtinuiſſet, poenæ ſubiiciebatur. Cauet LEX ALAMANNORVM: (b) *Ille contemtor, qui iudici iniuriam fecit, ſoluat duodecim ſolidos iudici illi, et poſt hæc non contemnat audire iuſtum iudicium.* Iure Wiſigothorum eadem ab eiusmodi calumniatoribus poena exacta, quam iudex, male et ex dolo iudicaſſe repertus, ſubibat. *Si certe iniuſte contra iudicem querelam intulerit, et cauſam, de qua agitur, iuſte iudicatam fuiſſe, conſtiterit, damnum, quod iudex ſortiri debuit, petitor ſortiatur: et ſi non habuerit, vnde compoſitionem exſoluat, C. flagellis extenſus publice in eiusdem iudicis præſentia verberetur.* (c) Eadem ſeueritate in calumniatores animaduerterunt Burgundiones, *eos ſimili pœnæ ſubiicientes, quam iudicem corruptum præceperunt ſuſtinere;* (d) hanc autem capitis pœnam fuiſſe, ſupra (§. V.) oſtendimus.

§. X.

Iure Romano Iudex male iudicans litem ſuam facit.

ROMANI vero non minus diligenter operam dabant, ne quid reſpublica detrimenti ex iudicum corruptio-

(a) LEX SALICA *tit.* LX. *§. II.*

(b) LEX ALAMANN. *tit. XLI. §. III.*

(c) LEX WISIGOTH. *Lib. II. tit. I. §. 22.*

(d) Vid. GVNDOBADI *Lex Burgund. in præf. p. 339.*

Digitized by Google

ruptione pateretur. Vt iudex boni et innocentis viri officio fungeretur, ita demum iudicandi prouinciam obibat, ſi prius ſacramentum præſtiterat, omni modo ſe cum veritate et legum obſeruatione, ſeu quæ ſolennis erat iuriſiurandi formula, *ex animi ſententia* iudicaturum. (a) Iudex, ſpreta officii et iuriſiurandi religione corruptus, in vindictam legum incurrebat. Vt iam de publica in eum animaduerſione nihil dicamus, (b) id tantum hoc loco obſeruamus, eum parti læſæ teneri, *litemque ſuam facere*, ſeque videlicet, perperam iudicando, amiſſæ cauſæ damno velut ſuccedaneum reddere. Si enim illud natura æquiſſimum, damnum, a quolibet datum, reſarciri: æquum non minus illud, damni, ex iniqua iudicis ſententia illati, reſtitutionem legibus imperari. Ita vero, quam male decideràt, litem alienam in ſe deriuat, eamque ſuam facere dicitur, ſeu vt egregie explicat Theophilus (c) καθ᾽ ἑαυτοῦ δίκην ἤγειρε, litem in ſe ipſum conuertit, ſeque obſtringit æſtimationi, vel quanti reuera eſt ea res, de qua agitur, vel quanti iudex arbitratus fuerit. (d)

§. XI.

Hanc in rem, æquitate motus, Prætor edixerat: ceu *Sententia edicti Prætorii.*

(a) CAROL. SIGONIVS *de iudiciis Lib. I. cap. XXVIII.* BARNAB. BRISSONIVS. de *ſolemnibus populi Rom. formul. Lib. V. p. 480.*

(b) De qua vid. DIOD. TVLDENVS *de cauſis corrupt. iud. lib.* III. *l. c. p. 95.*

(c) THEOPHILVS in *Paraphr. ad Inſtit. Lib. IV. tit. V. pr.*

(d) *L. 2. et 16. C. Theodoſ. Quorum appellat. non recipiunt. L. I. C. Th. de ſecundo lapſu.* vid. IO. GOTTL. HEINECCIVS ad *edictum perpetuum, tit. XLIX. not. a. inter Opuſcula Poſthuma p. 513.*

ceu ex VLPIANI *libro XXI. ad Edictum* (a) intelligitur. Sententiam edicti exponit CAIVS *libro III. rerum quotidianarum*, (b) ex eoque IVSTINIANVS, (c) eamque ad verba edicti curatius adcommodaſſe videtur THEOPHILVS, (d) ex quibus ſi quid colligere licet, ita Prætor edixiſſe videtur: *ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur, iudicium dabo, vt quantum iudici, qui inter eum et illum, cui iniuria facta eſt, ius dicit, æquum videbitur, eum alteri pœnæ nomine dare oportere, tanti condemnetur.* (e)

§. XII.

Sine dolo ſiue imprudenter male iudicaverat.

Litem ſuam facit iudex, non modo qui *dolo malo* verum etiam qui per *imprudentiam* inique iudicat. (f) Sed VLPIANVS libro XXI. ad Edictum, (g) *Iudex tunc*, inquit, *litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo malo autem videtur*

(a) *L. 15. §. 1. D. De iudiciis.*

(b) *L. vlt. D. de extraordinariis cognitionibus et ſi iudex litem ſuam feciſſe diceretur.*

(c) In *pr. I. de obligat. quæ ex quaſi delict.*

(d) THEOPHILVS *in Paraphraſi ad Inſtitutiones lib. IV. tit. V. pr.* Καὶ ἐις τοσοῦτον καταδικάζεται ἐις ὅσον ἀν δοκιμάση ὁ δικάζων ἀυτῷ καὶ τῷ ἀδικηθέντι χρῆναι ἀυτῷ λόγω ποινῆς καταβάλλειν *et tanti condemnatur, quantum iudici, qui inter eum et illum, cui iniuria facta eſt, ius dicit æquum videtur, eum alteri poenæ nomine dare oportere;*

(e) Paulo aliter edicti ſententiam exprimit vir de reſtituto Edicto perpetuo et de iurisprudentia præclare meritus B. HEINECCIVS, *ad Partem* II. *Edicti perpetui tit.* XLIX. edictum prætoris de iudice litem ſuam faciente referens l. c. p. 513: *Si iudex litem ſuam feciſſe dicetur, in quantum ea de re æquum religioni iudicantis videbitur, poenam ſuſtinebit.*

(f) *L. vlt. D. extraordin. cognit.* et *pr. I. de obligat. quæ ex quaſi delicto.*

(g) *L. 15. §. 1. D. de Iudiciis.*

Digitized by Google

detur hoc facere, ſi euidens arguatur eius vel gratia vel inimicitia vel etiam ſordes, vt veram æſtimationem litis præſtare cogatur. Cum vero CAIVS (a) iudicem, etiam per *imprudentiam* inique pronunciantem, litem ſuam facere cenſeat: vtraque Vlpiani et Caii ſententia offendiculo fuit GVILIELMO BVDAEO, pugnam inter vtramque ſententiam intercedere exiſtimanti. (b) Sed egregie CVIACIVS, (c) *Quæſo quid vetat*, inquit, *vtrumque eſſe verum? Iudex litem ſuam facit, ſi dolo inique pronunciet. Iudex etiam litem ſuam facit, ſi per imprudentiam et ignorantiam iuris inique pronunciet.* Vtroque loco id intererat, quod ſi *dolo malo* perperam iudicatum, præter exiſtimationis iacturam, iudex teneretur ei, cuius intererat, in *veram litis æſtimationem* ſeu in ſolidum; ſin *per imprudentiam*, non in veram litis æſtimationem ſed in *arbitrariam*, id eſt *in quantum ea de re aequum religioni iudicantis viſum eſſet.* (d) Quod diſcrimen quamquam non agnoſcat THOMASIVS: (e) id ipſum tamen, ab VLPIANO et CAIO ſatis perſpicue expoſitum, adhuc luculentius prodi-

(a) CAIVS in L. *vlt. D. de extraord. cognit.*

(b) GVIL. BVDAEVS in *annot. ad Pandect. p. 440.*

(c) IAC. CVIACIVS in *recitationibus ad Cod. Lib. IV. tit. V. tom. IX. Op. edit. Fabrot. p. 224.*

(d) *Pr. Inſt. l. c.* L. *cit. vlt. et* L. *cit. 15. de iud.* IO. VOETIVS in *Comment. ad Pand. Lib. V. Tit. I. n. 58. p. 330. et Vir Ampliſſ.* EV. OTTO, *in comment. ad Inſtit. Lib. IV. Tit. V. p. 317.* CVIACIVS *in recitat. ad Digeſta Lib. V. tit* I. *tom* VII. *Oper. p. 141.* et B. HEINECCIVS *l. c. not. b. p. 514.*

(e) In *Diſſ. de actione aduerſus iudicem imperite iudicantem §. IV. lit. d.*

Digitized by Google

proditur a THEOPHILO. (f) Etiamſi enim, quod inprimis in mentem venit Thomaſio, in damno ratione reſtitutionis, ex Lege Aquilia petitæ, nihil interſit, vtrúm dolo an culpa datum ſit; præſertim ſi ab eo, quem arte et ſcientia inſtructum eſſe oportebat, prouenïat: eius tamen, quod in homine vel maxime humanum eſt, ratio in iudice habenda eſſe videbatur, quem intricatæ cauſæ difficultas, diffuſa iuris et praxeos ſcientia, in tanta opinionum varietate, tantaque cauſarum multitudine nonnumquam ad deuia in legum ad facta applicatione deferre ſolent, vt adeo hoc, quidquid eſt excuſationis, eum pro circumſtantiarum ratione et iuſto iudicis arbitrio a plenaria immunem, et non niſi mediocri ſatiſfactioni obnoxium reddat. (g)

§. XIII.

Vtrum ſolus iudex pedaneus an etiam magiſtratus male iudicando litem ſuam fecerit.

Iudicem litem ſuam facere, cauent leges. Solusne forte *iudex Pedaneus*, et qui in Prætoris conſilio eſt, Aſſeſſor eo nomine obſtringitur? An etiam *Magiſtratus*, ius dicens? PAVLLVS ſane ad edictum, *quod quisque iuris*, commentaturus, (a) *Hoc edicto*, inquit, *dolus debet ius dicentis puniri: Nam ſi aſſeſſoris imprudentia ius aliter dictum ſit, quam oportuit, non debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi aſſeſſori.* Qua quidem ICti ſententia in noſtra quæſtione omnino vti liceat. *Dolus* malus *magiſtratus*, in fraudem legis iudicantis, litis æſti-

(f) THEOPHILVS in *paraphr. Inſt. lib. IV. tit. V. pr.* Vid. *not.* (*d*) ad §. *ant.*

(g) Vid. BRVNNEMANNVS *ad L. 11. D. de iudic. n. vlt.* IO. VOETIVS *l. c. p. 33.* THOMASIVS. *l. c.* §. XII. *ſequ.*

(a) *L. 2. §. 2. D. quod quisque iur. in alt. ſtat.*

æſtimatione debet puniri: *imprudentia* eius non punitur, veluti ſi aſſeſſoris imperitia, quæ vtique culpæ annumeratur, aliter ac oportebat, ius dixit. Contra vero *Aſſeſſor* et *iudex datus*, etiamſi dolo careat, quia tamen *imprudentia* eius ius perperam dictum eſt, ad litis æſtimationem tenetur. *Ratio diuerſitatis* non altius quærenda. Aſſeſſor et iudex Pedaneus *iuris ſcientiam* præſtare debebant in litibus iudicandis. Neque enim niſi ICti, et qui ſe iurisconſultos eſſe profitebantur, in conſilio magiſtratus aſſidebant. (b) Magiſtratus autem populi Romani et Rectores prouinciarum, vt pote non quidem rerum gerendarum ſed tamen *iurium* ſæpius *imperiti*, neque ſemper profitebantur nec præſtare debebant iuris ſcientiam, et iuris peritos ac conſiliarios adhibebant in iure dicundo. (c) CICERO (d) *in Magiſtratu*, inquit, *ſi qua eſt ars, populus Romanus facile patitur; ſin minus, virtute eorum et innocentia contentus eſt. Quotus enim quisque diſertus quotusquisque iurisperitus eſt?* Vnde nec litem ſuam faciebat *magiſtratus*, ſi de Aſſeſſorum ſententia iudicauerat perperam: (e) *Aſſeſſores* vero, quorum conſilio et ſuggeſtione ius iniquum dixerat, et *iudices dati*, qui præſtare debebant ſcientiam iuris, ſiue *dolo malo* inique iudicaſſent, ſiue:

(b) *L. 1. D. de officio aſſeſſor L. 1. de Aſſeſſorib. Nouel. LXXXII.*

(c) CORASIVS *Miſcellan. libr. V. cap 19.* AMMIANVS MARCELLINVS *lib.* XXVIII. *cap. 6.*

(d) CICERO in *Orat. pro Plantio cap. XXV.*

(e) ANTON. SCHVLTINGIVS *in enarratione Part. Prima Digeſt. lib.* II *tit.* II. § *4. p. 207.* et B. HEINECCIVS *ad Edictum tit.* VIII. *not.* (c) *l. c. p. 327.*

ſiue per *imprudentiam*, ei, cuius intereſat, tenebantur. (f)

§. XIV.

An neglecta appellatione actio ſit aduerſus iudicem imperite iudicantem?

Vt autem iudex, *imprudenter* iudicans, ad litis æſtimationem iure Romano teneatur, rationem ſufficientem amiſſæ litis in *culpa iudicis* fundatam eſſe oportet. Quæ ſi ſimul in *culpa litigatoris* poſita, veluti, quod potuerit prouocationis remedio vti, nec vſus ſit, propriæ culpæ attribuendum, quod patitur, damnum. Ex quo intelligitur, quod qui ſemel prouocauit, non poſſit de iudice, perperam ex imprudentia iudicante, conqueri. (a) Si enim *victricem* ſententiam obtinuit, non eſt amplius, quod litis æſtimationem petat: ſin *ſuccubuit*, ſententia ex imprudentia prioris iudicis lata non cenſetur. Cumque hodie tot remedia ſuſpenſiua aduerſus ſententiam ſuppetant; facile intelligitur, cur actionis aduerſus iudicem, imperite iudicantem, adeo rarus ſit vſus; (b) et quamquam quotidiana ſit ſententiarum formula, *male iudicatum et bene prouocatum eſſe*, iudex tamen eo nomine obnoxius non ſit ſatiſfactioni. (c)

§. XV.

(f) DIOD. TVLDENVS in *Comment. ad Cod. Libr.* I. *tit.* LII. *Tom.* III. *oper. p* 38. magiſtratus ex aſſeſſorum imperitia iure Romano parti læſæ teneri, defendit: et ita intelligit ſententiam Caii in *L. vlt. D. de extraord. cognit.* Sed ſane Caio ſermo eſt de *iudice*, male iudicante: quale autem inter magiſtratum et iudicem, ab eo datum, diſcrimen interceſſerit, in vulgus notum eſt.

(a) *L.* 8. §. 8. *D. Mandati.* CVIACIVS *in recitationibus ad L.* 5. §. 3. *D. de obligat. et act. tom.* VIII. *oper. p.* 331.

(b) Vid. BRVNNEMANNVS *ad L.* 15. *D. de iudiciis* §. *vlt.* VOETIVS *in Comment. ad Pandect. tom. I. p.* 330. et THOMASIVS *l. c.* §. XII. *ſeq.*

(c) Ceterum etiamſi ſententia iniqua per remedium ſuſpenſiuum corra-

Digitized by Google

§. XV.

Cui iniuria facta erat, ei in iudicem male iudicantem *iudicium dabat* prætor, *actione in factum* indemnitatis conſequendæ cauſa propoſita. (a) Agebat perverſa et iniqua iudicis ſententia læſus, ac proinde *actor*, ſi reus iniuſte abſolutus eſt, et *reus*, ſi iniuria condemnatus. Actionis difficiliorem et rariorem vſum prolixe et erudite oſtendit THOMASIVS. (b) Illud adhuc obſeruamus, actionem, cum reſarciendi damni cauſa aduerſus iudicem, officio ſuo in iudicando male fungentem, comparata ſit, ex eadem ratione ad omnes, quibus magiſtratus, officio male functus, alteri damnum intulit, caſus produci, eoque nomine ad indemnitatem conſequendam competere. (c)

De actione in factum aduerſus iudicem.

§. XVI.

correcta ſit: iudicem tamen, ex *inſigni imprudentia* male iudicantem, adhuc *ratione expenſarum*, quas in ſententia reformatoria litigans conſequi non potuit, ad indemnitatem teneri, reſpondit Illuſtris ICtorum Halenſium Ordo apud ill. IVSTVM HENNING. BOEHMERVM *Tom. II. Conſult. et Decif. argum.* CCCCLV. *n. 9. ſqq.* Singulare eſt, quod ex conſuetudine Flandriæ notat. DIODOR. TVLDENVS in *Comment. ad Codic. Lib. VII. tit. 47. tom.* III. *p. 599.* quod magiſtratus municipales, reformata ipſorum ſententia per curiam Prouincialem, condemnentur in mulctam, niſi forte ex Iurisperitorum conſilio ſententiam dixerint.

(a) L. *vlt. D. extraordin. cognit.* et THEOPHILVS in *Paraphraſi ad Inſtit. lib. IV. tit. V. Pr.* τῷ γὰρ βλαβέντι ἡ in factum ἁρμόζει. *Nam ei, qui læſus eſt, actio in factum competit.*

(b) In Diſſ. de *vſu action. adu. iud. imperite iudicant.* §. 18. Quædam tamen præiudicia aduerſus iudicem Inquiſitionis iniuſte præcedentem ex decretis Iudicii Imp. aulici refert PAVLVS HENNING. GERKEN in *Otio Vienna Ratisbonenſi cap. IV. §. 6. p. 30. ſq.*

(c) Sic illuſtris ICtorum Halenſium Ordo l. c. *reſp.* DCCCLXXIX. actionem ad indemnitatem aduerſus magiſtratum fundatam eſſe reſpondit

§. XVI.

Ad quid competat? an ad reformationem ſententiæ?

Iudicium aduerſus iudicem male iudicantem dabat prætor, *vt quantum iudici, qui inter eum et illum, cui iniuria facta eſt, ius dicit, æquum videretur, eum alteri pœnæ nomine dare oportere, tanti condemnaretur*, (a) ſeu, vt verbis Caii et Iuſtiniani vtar, (b) *vt, quantum ea de re æquum religioni iudicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtineret.* Ad litis æſtimationem ergo actio in factum competebat, non ad ſententiæ male latæ reſciſſionem. (c) Nota eſt iuris Romani ſententia, ſiue bene ſiue male iudex officio ſuo fungeretur, ſententiam eius citra appellationem reſcindi aut retractari non potuiſſe, ne quod reipublicæ intereſſe videbatur, rerum ſemel iudicatarum auctoritas conuelleretur. (d) Neque obſtat, iniquam eſſe ſententiam: ideo enim parti læſæ *actione in factum* aduerſus iudicem proſpectum. Non iam læſo cum *aduerſario* ſuo res erat, ſed cum *iudice.* Iudex *litem ſuam faciebat*, litem in ſeipſum conuertens: præſtiturus id, quod a parte aduerſa præſtandum, ſi bene iudicatum eſſet. Quodſi ad reformandam reſcindendamque ſententiam male latam actio competiiſſet: non aduerſus iudicem male iudicantem experiundum fuiſſet, ſed erga aduerſarium. Iam vero tum ipſius actionis *fundamentum*, quod iudicem vere vel quaſi deliquiſſe

dit in caſu, quo magiſtratus indebite illegitimis heredibus hereditatem tradiderat, inſigni heredum legitimorum, poſt adparentium, damno.

(a) THEOPHILVS l. c.

(b) L. *vlt. D. de extr. cognit.* et *pr. I. de obl. qua ex quaſi delict.*

(c) cit. LL. et L. *15.* §. *1. D. de iudic.*

(d) L. *65.* §. *2. D. ad Sct. Trebell.* L. *12* §. *3. D. de bonis libert.* L. *207. D. de regul. iur.*

Digitized by Google

quiſſe ſeu dolo vel imprudenter male iudicaſſe præponit, tum *leges ipſæ* ſatis euincunt, *iudicem* hac actione teneri, eumque ideo *litem ſuam facere.*

§. XVII.

Sed et durius quid ſtatuunt leges in iudicem, dolo, et quod omnium turpiſſimum, pecunia ad male iudicandum ductum, eumque exiſtimationis diſpendio, (a) officii, cuius religionem ſcelere læſit, iactura, poenaue arbitraria puniunt. (b) Quinimo citra appellationem fructu ſententiæ priuant aduerſarium, qui eam *muneribus* expreſſit. *Venales ſententias*, inquiunt DIOCLETIANVS et MAXIMINVS IMPP. (c) *quæ in mercedem a corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ prouocationis auxilium infirmas eſſe, iam pridem a Diuis principibus decretum eſt.* Fortene igitur actio in factum ad ſententiam reſcindendam ex horum Principum decreto data? Sed ſane non minus *ſententiæ reſciſſionem* hac actione impetrabat læſus, quam reliquas *iudicis pœnas.* Sententiam infirmam et nullam

Nec etiam ad declarandam eius nullitatem.

(a) *L. 2. C. de pœnis iudicis, qui male iudic.* vbi *exiſtimationis* pro *æſtimationis* recte legendum putat CVIACIVS *in Comment. ad Cod. lib. VII. tit. XLIX. Oper. tom. IX. p. 1084.*

(b) *L. 3. C. ad L. Iul. Repetund. Nou. 124. c. 2. De his pœnis* ſuccinctegit MARQVARDVS FREHERVS *de exiſtimatione lib.* III. *cap. XIV. n. 2.* oſtendens, iudicem, qui religionem ſuam pretio obnoxiam fecit per ſordes aut gratiam iudicans, litem ſuam facere, et læſæ ſeu grauatæ parti quaſi ex maleficio in litis æſtimationem teneri, in crimen repetundarum incidere, ordine et curia moueri, honore exui, aliisque inſuper pœnis coërceri, et exiſtimationem perdere.

(c) *L. 7. C. Quando appellare non eſt neceſſe.*

Digitized by Google

nullam dicunt leges, ſublata rei iudicatæ vi: de *actionis genere* nihil memorant, de quo ex analogia iuris ſtatuendum. Quandoquidem vero, vbi fundamentum agendi in nullitate negotii collocatur, *querela nullitatis* prodita eſt: hæc profecto competit, ſi quis ſententiam, *in mercedem prolatam*, infirmam et nullam declarari petit. *Hac* ergo *aduerſarius* pulſandus erat; *actione* in *factum iudex*: *illius* fundamentum in *nullitate ſententiæ*, *huius* in *delicto vel quaſi* iudicis male iudicantis poſitum: *illa* ad ſententiam infirmandam, *hæc* ad litis æſtimationem tendebat. Sed nec illud prætermittendum, non quamlibet *dolo* pronunciatam ſententiam, ſed *venalem* tantummodo, ſeu quæ pretio dato pacta et redemta eſt, citra prouocationis auxilium nullam habitam eſſe. Vt enim CVIACII verbis ſententiam exprimam (d) *hoc ſolo caſu propter turpitudinem, quod iudex corruptus male iudicauerit, ſententia ipſo iure nulla eſt, et citra appellationem infirmatur. Quodſi vero per gratiam et ambitionem, par faveur, ſciens dolo malo iudicauit, ſententia valet: ſed iudex ei, cuius intereſt, tenetur in ſolidam æſtimationem litis.* Vltimum egregie confirmat, qui ſub Diuis Fratribus floruit, VOLVSIVS MAECIANVS, (e) qui, *cum Prætor*, inquit, *cognita cauſa*;

(d) CVIACIVS l. c. p. 1083. Eodem modo rationes init BLASIVS ALTIMARVS de *nullit.* P. II. *rubr.* XIII. *qu.* CCCXXXVIII. n. I *tom.* II. *p.* 837. *quodſi lata eſt ſententia per gratiam ſeu ambitionem, id eſt, quod iudex volens parti morem gerere et gratificari pro conſequenda aliqua dignitate vel officio ſeu ob amicitiam vel odium litigatorum, aut quod precibus deuictus ſententiam tulerit, ipſo iure teneret, et ab ipſa appellare neceſſe eſſet.* Addit deinceps n. 6. *Si vero dolus iudicis in ſpeciem corruptionis, facta per pecuniam, tranſiret, id eſt quod pretio corruptus ſententiam ferret, ipſo iure non valeret, eo quod venalis eſſet.*

(e) *L.* 63. §. 2. *D. ad Sctum Trebellian.*

Digitized by Google

cauſa, per errorem vel etiam AMBITIOSE *iuberet hereditatem, vt ex fideicommiſſo, reſtitui: etiam publice intereſt, reſtitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem.* Sententia *ambitioſe* lata, eſt ſententia adulatoria et ad aucupandam gratiam pronunciata, quo ſenſu SVETONIVS (f) *ſententias ambitioſas*, CICERO (g) *rogationes ambitioſas* vocat: Vt adeo appareat, ſententiam, in *gratiam alterius litigantis* latam, valuiſſe omnino ob rerum iudicatarum auctoritatem.

XVIII.

Cur hac actio de Syndicatu dicta ſit?

Quam modo memorauimus *actionem in factum*, gloſſatores nouo nomine vocarunt *actionem ex Syndicatu.* Cum συνδικεῖν proprie denotat *cum alio cauſam defendere*, (a) tum præſertim *ciuitatum defenſores* Græcis *Syndici* appellantur, ceu dudum notauit ARCADIVS CHARISIVS. (b) Iidem et ἔκδικοι dicebantur: (c) qui cum ad tuenda ciuitatis iura electi, ſalutis publicæ curam aduerſus iniuriam optimatium ſubibant, (d) tum,

(f) SVETONIVS *in Domit. c.* VIII.

(g) CICERO *Epiſt. ad Diuerſ. lib. VI. ep. 12.* Conf. quæ de ambitioſis prætoribus egregie diſputat. B. HEINECCIVS in *hiſtoria Edictorum lib. II cap. I. §. 6. in Opuſcul. poſthum. p. 162. ſqq.*

(a) IACOBVS CVIACIVS *in Paratit. ad Cod. Lib. III. tit. XL. Oper. tom. II. p. 181. et tom. X. p. 944.*

(b) in *L. 18. §. 13. D. de munerib. public.*

(c) Sic *Nou. XV.* de *ciuitatum defenſoribus* inſcribitur περὶ τῶν ἐκδίκων.

(d) Defenſores ciuitatum enim ideo conſtitui dicuntur, vt officialium inſolentiæ occurrerent, et plebem ob omni improborum inſolentia et temeritate tuerentur, *L. 4. et 5 C de defenſorib. ciuit.* Vnde et prouinciales apud eos iniurias ſuas

com-

Digitized by Google

tum maxime iudicio experiebantur contra eos, qui aurum vel argentum vel pecuniam reipublicæ debebant, vel qui in magiſtratu miniſterioque illicite quid exegerant. (e) PLINIVS apud Traianum (f) quærit de *Ecdico* Armiſenorum ciuitatis, qui a Iulio Piſone denariorum circiter XL. millium publice ei donata repetebat, inſtituto videlicet repetundarum iudicio. ZENO *Imp.* dum omnes iudices tam ciuiles quam criminales, depoſito adminiſtrationis munere, quinquaginta dies in ciuitatibus permanere præceperat, Syndico ſeu defenſori ciuitatis aduerſus eos de repetundis pecuniis agendi facultatem dedit. (g) Diu et poſt exitum Romani Imperii in ciuitatibus Italiæ ius illud viguit, vt magiſtratus, finito, quod annuum erat, officio, a defenſoribus ſeu Syndicis ciuitatum de male geſto officio conuenirentur. Qui cum in Syndicorum accuſationem incurrerent, res ipſa Seculo XII. locum feciſſe videtur locutioni, quamquam barbaræ: *Magiſtratum Syndicari*, (h) ſeu a ſyndicis conueniri. Ipſa inquiſitio in

conteſtabantur; de quibus defenſores geſta actaque conficiebant, et ad Principem referebant. *L. 3. C Th. de ſuperexactionib. L. 5. C. Th. de reis exhibendis. L vn. C. Th. Si quacunque praditus poteſt. L. 7. C. Th. de Cenſu.* IAC. CVIACIVS *in expoſit. Nouell. c. XV. tom. II. op. p. 1054.* IAC. GOTHOFREDVS *in Comment. ad Cod. Theod. tom. I. p. 62.*

(e) GVILIELMVS BVDAEVS *in annotat. ad Pandect. p. 340.*

(f) PLINIVS *epiſtol. lib. X. ep. CXI. n. I.*

(g) *L. 1. Cod. vt omnes iudices tam ciuil. quam criminal. poſt. adminiſt. depoſit. L. dies in ciuitat. maneant.*

(h) Nihil veriſimilitudinis ineſt coniecturæ IOANNIS GRAVII *in Diſſ. de Iudicio Syndicatus cap. I. §. 1.* qui *vocis* Syndicatus originem ex eo deducit, *quod cum Syndicatus natiua ſignificatione denotet procuratorem vniuerſitatis, et Syndici, deprauatis moribus, poſtea in rabulas degenerarent, operamque ad* quaſ-

Digitized by Google

geſti officii adminiſtrationem *Syndicatus*, *Syndicatio*, *ndicamentum* dicebatur, (i) et iudex inquirens *Syndi-oris* nomine veniebat, eaque vocabula in ciuitatem enſem recepta. Ex quo et Gallis hodie ſupereſt x *Syndiquer*, (l) ſub cenſuram vocare, pariter ac Ita- *Sindacare*, *Sindacato*, (m)

§. XIX.

Vt enim, quod Eutropius de conſulibus Romanis ibit, *cauti ex hoc redderentur, et non ignari, ſe non ita lto poſt rationem reddituros*, magiſtratus, ex more culi XII. et ſequentium, finito, quo ad tempus cti erant, officio, ad Syndicatum ſeu *ad iudicium de tionibus adminiſtrationis reddendis* vocabantur. Iudi- im in Syndicatu vel *ciuile* erat vel *criminale*: (a) In *hoc*

De modo Syndicatus iudicium exercendi medio aeuo.

uis fraudes venalem haberent, Syndicari idem eſſe, cœptum eſſe, m ex corruptela vel malo affectu in quidquam agere, idque deinde latum eſſe ad iudices, eodem mor- ffectos.

(i) CAROL. DV FRESNE *gloſſar.* edit. nouiſſ. *tom. VI. p.*

(l) *Dictionaire de l'Academie nçoiſe tom. II. p.521.*

(m) *Vocabulario della Cruſca p. 85.*

(a) De vtroque iudicio aduer- cuiuscunque generis magiſtra- , ad rationes officii geſti redden- inſtituendo, magno rerum et uum apparatu egerunt, BAL- S de PERVSIO *de Syndicatu ialium*, PARIS de PVTEO, celebris ſeculi XV. ICtus Neapolitanus, *de Syndicatu omnium officialium*, AMODEVS IVSTINVS de CASTELLO *de Syndicatu cum expoſitione inquiſitionis generalis et querelarum porrectarum contra officiales*, CATALDINVS de BONCOMPAGNIS de Syndicatu, AVGVSTINVS DVLCETVS *Veronenſis de Syndicatu*, qui omnes coniunctim editi in *Tractatu tractatuum tom. VII.* p. 225 ſqq. Conf. IOSEPHI de SESE iuris Canonici interpretis et Iuſtitiae Arragonum Locumtenentis Conſilium *de ſyndicatu*, ſubiunctum eius tr *de inhibitionibus* et DON GARSIAS MASTRILLVS D. et Conſiliarii Reg. Sicil. de *Magiſtratibus eorum imperio et iuriſdictione libr. VI.*

Digitized by Google

hoc præſertim ob crimen repetundarum vel de reſiduis, vel accuſationis vel inquiſitionis via, aduerſus iudicem procedebatur, ad pœnam pecuniariam vel etiam grauiorem, pro modo delicti decernendam. Iudicium *ciuile* vel *publico nomine* inſtituebatur, vel a *ſingulis*, male iudicantis vel decernentis imperio læſis, veluti ob iuſtitiam denegatam vel protractam, ob executionem non iure decretam, ob exceptiones iniuſte reiectas, arreſta inique decreta, ſententiam male iudicatam; eoque ad id, quod intereſt, præſtandum, vel ad litis æſtimationem agebatur. Iudicium Syndicatus *publico nomine* aduerſus magiſtratum inſtitutum, ad ea omnia, quæ officio magiſtratus comprehenduntur, ſe extendebat, ideo *vniuerſale* dictum, in eoque Reipublicæ vel ciuitati de neglectis in officii et reipublicæ adminiſtratione coram Syndicatoribus rationes reddebantur. Eiusmodi Syndicatus iudicia ſeculo XIII. frequenter in Italiæ rebuspublicis inſtituta. In *ſtatutis Genuenſibus* occurrunt tituli, alter de *ſupremis Syndicatoribus*, alter de *Syndicatoribus ordinariis*. (b) Exemplum refert NICOLAVS SMEREGVS, Notarius Vincentinus, *in Chronico ad annum* CIƆCCLXXI. (c) *Et quia ipſe D. Seneſius non bene ſe habuit in ſuo regimine, quando fuit ad Syndicatum, plures habuit, libellos. Et D. Gulielmus de Malaflamma Iudex et Zoppilio de Vello laicus fuerunt Syndicatores Communis Vincentiæ, et condemnarunt ipſum D. Seneſium in maxima quantitate denariorum, propterea quod in ſe retinuerat Datium vini conducti extra*

(b) Sententiam eorum refert CAR. DV FRESNE l. c. p. 928.

(c) *apud* ANT. LVD. MVRATORIVM *ſcriptor. rer. Ital. tom. VIII. p. 106.*

extra Vincentinum diſtrictum, et quia trabutauerat (diſſipauerat). De ſucceſſore eius additur, *quod ſatis bonum regimen habuerit, et ſuſtinuerit bene, quod Seneſius foret ſyndicatus et condemnatus.* INNOCENTIVS PP. IV. in conſtitutionibus, quibus anno CIↃCCLIV. poteſtatem magiſtratuum Secularium per Lombardiam aduerſus hereticos magno Zelo inſtruxit, inter alia addit: (d) *Teneatur ſane poteſtas* (ſupremus ciuitatum magiſtratus) *ſeu rector infra decem dies ſui regiminis Syndicare praecedentem proxime Poteſtatem vel Rectorem et eius etiam Aſſeſſores, per tres viros catholicos et fideles electos ad hoc per diœceſanum, ſi fuerit praeſens, et per fratres Praedicatores et Minores de omnibus his, quae in ſtatutis iſtis ſeu conſtitutionibus et legibus contra hereticos et eorum complices editis continentur, et punire ipſos, ſi exceſſerint in omnibus et ſingulis, quae omiſerint, et cogere reſtituere de propria facultate: non obſtante quod per aliquam licentiam conſilii vel alterius cuiuſlibet a Syndicatione fuerint abſoluti. Iurabunt autem praedicti tres viri, bona fide ſyndicare praefatos de omnibus ſupradictis.* Denique cum et clericos, miniſterii ſui rationes coram viſitatoribus reddere, oporteret: hi non minus Syndicatui obnoxii fuerunt. Sane in SYNODO LIMENSI de Syndicatione, viſitatoribus danda, agitur: *Quod viſitatoribus conſtituatur Syndicatio officiorum et munerum, quae gerunt, vbi expedire videbitur.* (e)

CA-

(d) Conſtitutionem habet. IO. HARDVINVS *Concil. tom. VII. p. 360.* et LVCAS WADDINGVS *in Annalibus Minorum tom.* III. p. 337.

(e) Vid. *Synodus Limens.* de Anno CIↃIↃCII. c. XLII. in IOSEPH SAENZ de AQVIRRE, *Collect. Maxima Concil. Hiſpan. tom.* IV. p. 758.

CAPVT II.

De remedio Syndicatus aduerſus ſententias in Camera Imperii latas.

§. I.

Actio de Syndicatu in Iudiciis Imperii in remedium aduerſus ſententias immutata.

Quæ hactenus de Syndicatu expoſuimus, rationem euidentem ſuggerunt, quare quæ aduerſus iudicem male iudicantem inſtituitur actio in factum, gloſſatoribus *actio de Syndicatu* appellata ſit. Huius actionis eadem ac reliquarum *in factum actionum* ratio. Itaque *perpetua* erat, nec aliter quam XXX. annorum lapſu extinguebatur. (a) Illud vero iuri Romano prorſus incognitum, eam ad inſtar *remedii deuolutiui* aduerſus male iudicata interponi, et ad iſtiuſmodi *remediorum fatalia* adſtringi. Noua hæc ſeculi XVI. cum ipſa fere Camera Imperiali nata ſententia, aduerſus hoc *ſummum Imperii tribunal* ob male iudicata querelam Syndicatus inſtitui: vt adeo operæ pretium feciſſe videamur, huius remedii, quoad in ſupremis Imperii tribunalibus et inprimis aduerſus ſententias in Camera Imperii latas obtinet, indolem ex Legibus Imperii curatius explicare.

§. II.

Fata huius doctrinæ.

In quo conſilio exequendo vt eo rectius verſemur, *fata huius remedii*, in Camera Imperii introducti,

(a) *L. 3. C. de præſcript. XXX. annorum.* STRYKIVS *de actionibus forens. inueſtig. Sect.* III. *membr.* II. p. 354.

Digitized by Google

ſti, primo loco recenſenda. Principio monendum, neque in prima, quæ *Maximiliani I.* auſpiciis *Wormatiæ* anno cIↄccccxcv. prodiit, *Ordinatione Camerali*, neque in ſubſequentibus, quæ eodem Imperatore *Lindauii* A. cIↄccccxcvI. *Auguſtæ Vindelicorum* A. cIↄIↄ. *Conſtantiæ* et *Ratiſbonæ* A. cIↄIↄvII. et cIↄIↄvIII. *Wormatiæ* cIↄIↄxvII. neque in ea, quæ *Caroli V.* Imp. auſpiciis *Wormatiæ* A. cIↄIↄxxI. nec in iis, quæ moderante *Regimento Imperii Norimbergæ* A. cIↄIↄxxIII. et *Spiræ* A. cIↄIↄxxvII. confectæ ſunt, nec in *reformatione iudicii Cameralis*, *Spiræ* A. cIↄIↄxxxI. condita, de remedio Syndicatus aduerſus ſententias Camerales quidquam proditum eſſe. (a) Quamquam vero nonniſi ſinceram integramque ſemper ab adeo illuſtri iudicio et a viris, grauitate dignitate et iuriſprudentiæ laude conſpicuis, expectare licuerit iuſtitiæ adminiſtrationem, eique ideo ſuprema *nullique prouocationi* obnoxia iudicandi poteſtas ab initio data fuerit: (b) tamen vt querelis, quæ vt fere fieri ſolet, a litigantibus, in lite ſuccumbentibus, coram Cameræ Viſitatoribus et inprimis in *Comitiis Ratiſbonenſibus* anni cIↄIↄxxxII. (c) mouebantur, abundantius proſpiceretur, et iudices eius

(a) Ceu patet ex ipſis *Ordinationibus Cameralibus*, quæ CORPORI IVRIS CAMERALIS N. I. et ſeqq inſertæ.

(b) ORD. CAM. de *a. 1495. tit. 21.* et *de a 1521.* § *27.* RECESS. IMP. de *a. 1530.* §. *50.*

(c) In RECESS. IMP. de *a. 1532.* mentio fit derer Partheyen, ſo ſich vor den Commiſſarien in jüngſter Viſitation zu Speyer oder auf dieſen Reichs-Tag vor Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, oder vor Cammer-Richter und Beyſitzern nichtiger oder unrechtmäſiger Urtheil beklagt.

eius tantum admonerentur, quod olim magnus Romanorum Orator pro Cæcinna dixit, illud ſolum verum ius ciuile eſſe, *quod neque inflecti gratia*, *neque perſtringi potentia*, *neque adulterari pecunia poſſit:* placuit in *Receſſu Imperii* anni cIↄIↄxxxii. remedium ſyndicatus introducere: (d) quod his verbis datum eſt. Und damit Unſer Cammer-Richter und Beyſitzer deſto fleißiger ſeyn, ſo ſie beſorgen müſten, daß die Acta folgends nach geſprochener Urtheil auch beſichtiget, und niemanden, an Unſern Cammer-Gericht Unrecht geſchehe; zudem, daß ſolches Unſern Kayſerlichen Rechten nicht entgegen, ſo wieder End-Urtheil zu *ſupplici*ren zulaſſen, und die Richter, ſo unrechtmäßige Urtheil ausſprechen, den Krieg ihr eigen machen, und deßhalb ad Syndicatum geſtellet werden können: Setzen, ordnen und wollen wir, wo einige Parthey hinfürter vermeint, daß ſie durch Cammer-Richter und Beyſitzer beſchwehrt, und unrechtmäßige oder nichtige Urtheil wieder ſie geſprochen und eröffnet, und derhalben Cammer-Richtern und Beyſitzern gedachten zu ſyndiciren, daß denſelben ſolches zu thun vermöge Unſerer Kayſerl. Rechten zugelaſſen ſeyn ſoll, doch dergeſtalt, daß derſelbige, ſo Cammer-Richtern und Beyſitzern ad Syndicatum zu ſtellen willens, ſolches Unſerm Freund und Oheimb dem Cardinal und Ertzbiſchoffen zu Mayntz, als des Reichs Ertz-Cantzlern, zween Monath vor prima Maii zu jederzeit in Schrifften zu erkennen gebe, darauf gedachter Ertzbiſchoff denen Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Graffen und Städten, ſo zu der jährlichen Viſitation verordnet, ſchreiben, ihnen ſolches anzeigen, mit Begehren, ihre treffendliche, erfahrne, geſchickte und gelehrte Räthe zu ſchicken, in ſolcher Sache vermöge der

(d) REC. IMP. a. 1532. *art.* 3. §. 17.

der Rechten zu handeln und Billigkeit zu verfügen, doch, daß nichts deſtoweniger mit *Execution* der geſprochen und erkannter Urtheil am Cammer-Gericht vollfahren und *procedi*ret werde: und ſoll ſolches ſyndiciren auf des Syndicanten Koſten beſchehen, auch vor denſelben verordneten Syndicatoren nichts neues, was die Partheyen und merita cauſæ betrifft, fürgewandt, ſondern allein aus denen vorigen beſchloſſenen Actis auf die Nichtigkeit oder unrechtmäßige Beſchwerden der Urtheil gehandelt werden, und die gemeldete Syndicatores der Sachen auswarten, auch endlich Erkänntniß der Haupt-Sachen und Koſtens thun. Prima huius diſpoſitionis verba noui iuris fontes detegunt. Quæ de *ſupplicatione*, a ſententiis ampliſſimi Prætorianæ præfecturæ iudicii interpoſita, in iure Romano tradita, (e) quæ deinde de *iudice*, male iudicante et *litem ſuam faciente*, ibidem diſpoſita: hæc in *vno iſto remedio* ea ratione coniuncta ſunt, vt per modum implorationis, ad Imperatoris et ſtatuum Imperii ad Viſitationem Cameræ deputatos directæ, liceret de iudice male iudicante conqueri, ſeu *actionem* de Syndicatu per *modum remedii deuolutiui* proferre, et ſimul cauſæ *recognitionem* per modum *ſupplicationis* poſcere.

§. III.

Reuiſione introducta, Syndicatus tantum ob dolum iudicis competit.

Deinde non minus obſeruandum, cum ſub Cameræ Imperii auſpiciis nullum aduerſus Cameræ ſententias remedium competeret, Syndicatus querelam ea ætate *vnicum* fuiſſe remedium. (a) Vti vero *actio in factum*,

(e) L. *unic. C. de ſentent. Præfecti Pratorio.* NOV. CXIX. c. V.

(a) Cit. R. I. de a. 1532. IAC. BLVMII *Proc. Cameral. tit. LXXIX.* §. 3. HENRICVS COCCEII de *iudiciis reuiſoriis* §. 6.

factum, quam *de Syndicatu* vocant, aduerſus iudicem, tam per *imprudentiam* quam ex *dolo male* iudicantem, competit: ita iſto æuo *Syndicatus remedium*, eodem latiori ſignificatu acceptum, in *vtroque caſu* datum eſt, ſiue ſententia cameralis *culpa* ſiue *dolo* male lata et pronunciata diceretur, ceu ex citati Receſſus verbis ſatis euidenter apparet. *Nulla* eo tempore *Reuiſio*, reuiſores nulli: ſed Syndicatus et Syndicatores. Verum enim vero quod graue omnino videbatur eminentioris iudicii auctoritati, ob quamlibet, qua ſe grauatum litigator arbitrabatur, ſententiam, ſub odioſo Syndicatus vocabulo in rationes vocari: hoc breui poſt emendatum, et cum iam in *Comitiis Auguſtanis anni* cIↄIↄXLVIII. de curatiori Cameræ Imperii ordinatione ageretur, (b) id tandem præſtitum in *Comitiis Auguſtanis anni* cIↄIↄLV. et in *Ordinatione Camerali*, ibidem curis poſterioribus ſubiecta, nouum REVISIONIS remedium in caſu, quo quis tantummodo ſententiam tamquam *iniquam* et ex *incuria* male latam impugnat, eiusque *reformationem* petit, introductum, SYNDICATVS remedio ad ſolum caſum, quo iudex iniquam ſententiam *dolo malo* dixerit, adſtricto. (c) In hunc modum diſpoſitio ante excitati Receſſus Imperii de *anno* cIↄIↄXXXII. immutata, et verba eius partim ad *reuiſionem* partim ad *Syndicatum* in laudata Ordinatione Camerali accommodata. Nacta eſt hæc diſpoſitio varias acceſſiones ex ſanctionibus *Receſſuum Imperii anni* cIↄIↄLVII. §. XVIII. *anni* cIↄIↄLIX. §. LX. LXI. LXII. LXIII. §. LXIV. et *anni* cIↄIↄCLIV. §. CLVII. quibus remedio Syndi-

(b) Vid. *Rec. Imp. de a.* 1548. §. 36.

(c) Vid. Ordinat. Cameræ Imp. de a. CIↃIↃLV. Part. III. tit. III.

Syndicatus limites poſiti ſunt. (d) Denique et n. - ... *natione Iudicii Aulici Imperii* eiuſdem remedii aduerſus ſententias iudicii Aulici Imperii interponendi indulgentia facta eſt. (e)

§. IV.

Expoſitis quæ ad introducti remedii Syndicatus *hiſtoriam* pertinere videbantur, aditum factum eſſe putamus ad ipſius remedii *indolem* eo rectius explicandam. Quod itaque in ſenſu ſpeciali, quo aduerſus ſuprema imperii iudicia in *Legibus Imperii* proditum eſt, exponimus *Syndicatus remedium*, non male appellaueris *remedium iuris deuolutiuum, quo litigans iniuſtam ſententiam, in ſupremo Imperii iudicio latam, dolo iudicis pronunciatam eſſe apud ſuperiorem conqueritur, et iudicem ad id, quod ipſius intereſt, præſtandum condemnari implorat* (a) *Syndicatus remedium quid?*

§. V.

(d) Hæ acceſſiones fere omnes deinceps inſertæ ſunt dem *Concept* der erneuerten und verbeſſerten Cammer-Gerichts-Ordnung. *P. III. tit. 63.* in *corp. Iur. Cameral* p. 761.

(e) Vid. Reichs-Hofraths-Gerichts-Ordnung *tit. V. §. 7.*

(a) In nonnullis *Prouinciarum Germaniæ* ſupremis tribunalibus, *ad exemplum ſupremorum Imperii iudiciorum* erectis, remedium Syndicatus quoque introductum eſt. Quamquam enim ob cauſam, dolo malo inique judicatam, quilibet iudex iure communi *actione in factum* ſeu *de Syndicatu* pulſari queat: remedium tamen Syndicatus, quod ad ſimilitudinem aliorum, quæ aduerſus ſententias competunt, remediorum ad fatalia adſtrictum eſt, tamquam nouioris æui partus non in omnibus iudiciis obtinet. In *Supremo Appellationum*, quod CELLIS iuſtitiæ et integritatis laude floret, *Tribunali*, remedium Syndicatus iure Legeque inualuit, in munimentum magis iuſtitiæ, quam quod aliquo ſaltim exemplo probatum ſit: in eamque rem cautum in *Ordinat. Tribunal. Supr. Cellenſ. P. II. tit. XVII. Tom. II. Conſtitut. Brunſu. Luneburg. p. 106.* Wenn eine Parthey vermeynet, oder ſich auch befünde, daß aus Betrug oder Argeliſt

vom

Digitized by Google

§. V.

Coram quo inſtituatur?

Syndicatus cauſam aduerſus iudiciorum Imperii ſententias *coram ſuperiori* agi diximus; vt videlicet a qui-

vom Geſchencke, Gabe, Neid, Feindſchaft, Bitte, Freundſchaft und anderer dergleichen Urſachen wegen, eine nichtige und ungerechte Urtheil gefället und gegeben wäre; ſo ſtehet ſolcher Parthey frey, die Urtheiler, ſo ſie vermeynet, itztbeſagter maſſen gehandelt zu haben, entweder bey Unſeren Ober-Appellations-Gericht, oder bey nächſt vorhergehender Viſitation ad Syndicatum vorzuſtellen, dabey aber ſoll ſie zugleich articulirte Urſachen ſolchen Syndicatus beneben habenden Beweis übergeben, darauf ſoll dem ad Syndicatum geforderten, auf den erſteren Fall bey nächſter Iuridica, auf den letztern Fall binnen 6 Wochen ſchriftlich zu antworten auferleget werden, denn beyde Theile annoch mit einem Satz verfahren, und darauf die Acta bey Unſerm Ober-Appellations-Gericht in vollen Raht, allein ausgeſchloſſen des, oder derjenigen, welche darunter beſchuldiget worden, oder vor der Viſitation in aller darzu Deputirten Beyweſen, vorgenommen, da nöthig, Beweis eingezogen, und dann fürter, was ſich gebühret, angeordnet, und dafern die alſo dem Syndicatui vorgeſtellete unſchuldig befunden würden, die vorſtellende mit ernſthaffter ſcharfer Strafe beleget, auf den Gegen-Fall aber der Vorgeſtellete nicht allein nach Befindung und Geſtalt ihres Verbrechens, ihres Amts entſetzet, ſondern auch darüber nach Ermäßigung mit allen Ernſt angeſehen werden ſollen. Idem remedium datum eſt in *Ordinatione Supremi Prouocationum Tribunalis Wiſmarienſis de anno 1657. Part. III. tit. 8.* von den *Syndicatu* §. 1. Wann eine Parthey vermeynet, oder ſich auch befände, daß aus Betrug oder Argliſt, von Geſchenck, Gabe, Neid, Bitte oder Freundſchafft, Feindſchafft oder andern dergleichen Urſachen wegen eine nichtige und ungerechte Urtheil gefället und gegeben wäre, ſelbige ſoll nicht allein ſich eines voriger dreyer Remediorum zu gebrauchen, ſondern auch Fug und Macht haben, die Urtheiler, ſo er vermeynet, jetzt geſetztermaſſen gehandelt zu haben, bey nächſt vorhergehender Viſitation ad Syndicatum vorzuſtellen, dabey aber zugleich articulirte Urſachen ſolches Syndicatus beneben habenden Beweiß übergeben, darauf dem ad Syndicatum geforderten innerhalb den nächſten zwey Monathen ſchrifftlich zu antworten, und ſolche Antwort zu des Directoris der Viſitation Händen einzuſchicken auferleget werden, und dann beyde Theile für demſelben annoch mit einem Satz verfahren, darauf auch ſelbige Acta bey nächſterfolgender Viſitation in vollen Rath

Digitized by Google

quibus conſtituti ſunt iudices, coram eisdem ad rationes violatæ officii religionis vocentur. Si aduerſus eos, qui in *Iudicio Imperii Aulico* dolo malo ſententiam iniquam dixiſſe arguuntur, querela Syndicatus inſtituitur; Iudicium Imperii Aulicum *Imperatoris nomine* cognitionem ita ſuſcipit, vt per alios eiuſdem ſupremi tribunalis iudices, neutri partium addictos, qui nec *Referentium* nec *Correferentium* ſpartam in priori ſententia ſuſtinuerunt, eam rem ſub examen vocari curet. (a) Cum enim Iudicii Imperii Aulici Conſiliarii a ſolo Imperatore conſtituantur, penes eum quoque eſt cognitio eorum, in quibus officio minus ſatiſfeciſſe arguuntur, eamque Imperatoris nomine ipſum Iudicium Aulicum exercet. Sin intuitu ſententiæ, in *Camera Imperii* latæ, iudices et aſſeſſores Cameræ in Syndicatum vocantur: apud *Cameræ Viſitatores*, quales ſunt Imperatoris Commiſſarii et Statuum Imperii ad Viſitationem Cameræ Deputati, cauſa agenda eſt. (b) Ex quo enim Impe-

Rath allein ausgeſchloſſen desjenigen, welcher darunter beſchuldiget wird, vorgenommen, da nöthig, Beweis eingezogen, und dann fürters auf einen oder andern Weg, was ſich gebühret, angeordnet, und dafern der alſo dem Syndicatui Vorgeſtellter unſchuldig befunden wird, der Vorſtellender mit gehörender Strafe beleget, auſn Gegenfall aber der Vorgeſtellter nicht allein nach Befindung und Geſtalt ſeines Verbrechens ſeines Amts cum infamia entſetzet, ſondern auch darüber nach Ermäßigung mit allen Ernſt angeſehen werden ſolle.

(a) Vid. *Ordinat. Iudicii Imp. Aulici tit. V. §. 7.* In *Syndicatu*, in iudicio Imperii aulico explicando, eadem obſeruantur, quæ in *Inſtrum. Pac. Osnabr. art. V §. LIV.* de *Supplicationis remedio* propoſita ſunt.

(b) Huius differentiæ rationem habet GABRIEL SCHWEDERVS in Diſſ. de *concurſu et electione vtilioris remediorum contra ſententias in ſupremis Imp. tribunal. latas cap. I. §. VIII.* Syndicatus remedium deſcribens quoad *Iudicium Came-*

Digitized by Google

Imperator Statusque Imperii hoc ſupremum Imperii tribunal erexerunt: huius Iudicii integritatem per *Viſitationes*, olim ſingulis quidem annis deinceps vero remiſſius actas, tuendam et ſuſtinendam in eisque cauſas *Reuiſionum* et *Syndicatus* cognoſcendas curauerunt: quo intuitu Cameræ Imperii Viſitatores in Legibus Imperii *Reuiſores* et *Syndicatores* appellari ſolenne eſt. (c)

§. VI.

Eſt remedium deuolutiuum.

Quæ cum ita ſint, et cognitio eius, quid in ſententia in fraudem legis dolo malo actum iudicatumue, quidue eo nomine a iudice præſtandum ſit, ad *Superiorem* deuoluatur in Syndicatus querela; facile eſt ad intelligendum, cur *remedium deuolutiuum* appelletur.

§. VII.

Eius fundamentum.

Omnis vero Syndicatus ratio in eo conſiſtit, quod litigans ſe *dolo iudicis* per *iniuſtam* ſententiam læſum eſſe, in Syndicatu conqueratur: et ob id veluti caput et

merale, quod ſit iudicium legitimum, quod datur litigatori, qui iniqua ſe grauatum dicit Camerali ſententia, aduerſus ipſos Dominos iudices, pretio vel prece corruptos, aut etiam ex ſimplici tantum dolo, fauore vel odio, ſententiam huiuſmodi iniquam dicentes, ad reſarciendum omne damnum atque intereſſe. Quoad iudicium vero Aulicum, quod ſit iudicium, quod ſub ſpecie ſubmiſſæ ad Imperatoriam Maieſtatem implorationis parti, per ſententiam iudicii Aulici grauata, datur ad hoc, vt iudices, ſententiam illam iniquam, vel quod pretio fuerint corrupti, vel ex dolo quoque ſimplici proferentes, per iudices alios, grauitate negotii pares, neutrique partium addictos, et qui referentium aut correferentium vices in priori ſententia non ſuſtinuerunt, in omne damnum atque intereſſe ipſi reſarciendum condemnentur.

(c) Vid. REC. IMP. de *a. 1532 tit. II. §. 17.* REC. IMP. de *a. 1557. §. 23. 24.* et de *a. 1559. §. 60. 61. 62. 03. 64.*

et fundamentum intelligitur totius Syndicatus querelæ *dolus iudicis male iudicantis*. Dolo malo autem videtur hoc facere, ſi ſciens volensque, ſeu ex propoſito, iniquam ſententiam dixit. Propoſitum male iudicandi iudex inire poteſt vel gratia vel inimicitia vel prece pretioue ductus. Si itaque ratio male latæ ſententiæ, in gratia, inimicitia, ſordibusque iudicis, aliiſue *dolum* eius arguentibus cauſis continetur, Syndicatus querelæ locum facit ORDINATIO CAMERALIS; (a) wenn aus Betrug oder Argliſt, von Schenck, Mied, Gaab, Bitt, Freundſchafft, Feindſchafft oder ander dergleichen Urſach wegen ein nichtige oder ungerechte Urtheil gefällt oder geben wäre.

§. VIII.

Quod illuſtratur in caſu, ſi ex Zelo religionis male iudicetur.

Vnde et qui nimio, qui quidem in erectioris animi viros vix cadere ſolet, *religionis Zelo* ductus, ſciens *iniuſtam* ſententiam dixit, Syndicatui obnoxius eſt. Quomodo enim qui vel in *fauorem* vel in *odium religionis*, cui alteruter litigantium addictus, aliter, ac oportuit, *ſciens* iudicauit, ab animo alterum lædendi ſeu a dolo aberit? Neque fidei neque religionis fauor iudicem in bona fide conſtituit, neque a *vera religione* quidquam adeo alienum et ſceleri adeo proximum, quam a *religione officii*, ad quam *iuſtitiæ* et *iuriſiurandi* lex ac proinde *diuina* ratio abſciſſe obſtringit, diſcedere. Iudices ſane argumentorum pondere ab inani religionis Zelo, ni Syndicatui obnoxii eſſe velint, in iuſtitiæ tramitem reuocat Lex imperii publica in *Receſſu nouiſſimo*: (b) Mehr=

(a) ORD. CAM. *P. III. tit. 53. §. vlt.*

(b) REC. IMP. de *a. 1654. §. 157.*

Mehrermeldtes Unſers Kayſerlichen und des Reichs-Cammer-Gerichts-Beyſitzern wird hiemit und in Krafft dieſes anbefohlen, daß ſie keineswegs auf der ein oder anderer Religions-Sachen, noch derſelben, oder den ſtreitenden Partheyen zu Lieb oder Leid, in Fall entſtehender zwiſpaltiger Meynung auf die ein oder andere Seiten ſich lencken ſondern wie das ihnen, als ſacerdotibus und getreuen Vorſtehern der heilſamen Iuſtitz, und ihren geleiſten Pflichten nach gebühret, den geraden Weg hindurch gehen; und ein jeder was er den Rechten, Reichs-Conſtitutionen, Religion- und Prophan-Frieden auch dem inſtrumento Pacis gemäß zu ſeyn befindet, ohne einigen anderwärtigen Reſpect oder Abſehen erkennen: deswegen auch die Rationes, Urſachen und Motiven ſeines Voti, damit man daraus ſehen möge, ob ſie den Rechten und erſtermeldten Reichs-Verordnungen conform und gemäs oder nicht, in Schrifften übergeben; Und wann ſich befinden würde, daß der eine oder andere nicht ex Iuſtitia ſondern ex affectu iudiciret und geurtheilet, derſelbe litem ſuam gemacht haben, und dem Syndicatui unterworfen ſeyn ſoll.

§. IX.

Cui competat. Quod vero huius rei conſequens eſt, litigantem *iniqua* iudicis ſententia *læſum* eſſe oportet. Quid enim, niſi hoc, eſt lædere; ius competens iniqua ſententia interuertere? Vnde non niſi *parti læſæ* et ex *cauſa læſionis* Syndicatus remedium interponendi ius eſt. (a) quo intuitu conuenit cum reliquis remediis, quibus per ſententiam læſis ſubueniri ſolet.

§. X.

(a) ORDINAT. CAMER. P. III. *tit.* LIII. §. *6. et 10.*

Digitized by Google

§. X.

Aduerſus quem?

Ex eodem conſequitur, Syndicatus remedium non-niſi aduerſus *eum eosue iudices* competere, qui aliter ac oportuit, *dolo malo ius dixerunt*. Vnde aduerſus illos Cameræ Aſſeſſores, quos doli mali arguere poteſt litigator, non vero aduerſus *integrum* illuſtre Imperii iudicium, nec aduerſus eos, qui, in alia omnia abeuntes, diuerſam ſententiam ſuffragiis ſuis tuiti ſunt, inſtituendum, eamque in rem ORDINATIO CAMERALIS (a) tantum concedit, die Urtheiler, ſo angezeigter Geſtalt (eo ſcilicet modo, quem §. VII. expoſuimus) gehandelt, ad Syndicatum zu ſtellen. Si *plures* in iudicando dolo malo verſati ſunt, ſinguli in *ſolidum* tenentur; id quod iuris ratio in pluribus, qui eiusdem fraudis participes ſunt, poſtulat. (b)

§. XI.

De differentia Syndicatus et Reuiſionis.

Quibus poſitis, quale diſcrimen *Syndicatus* inter ac *Reuiſionis* remedia intercedat, facile eſt ad intelligendum. Cum enim Reuiſio ſit remedium deuolutiuum, quo litigator coram Commiſſariis Imperatoris et Statuum Imperii ſententia in Camera Imperii lata ſe læſum eſſe conqueritur, eiusque *corrigendæ* cauſa litem recognoſci petit: in illa pars læſa ſententiam *tamquam iniquam* tantum impugnat, iudicem autem *doli* et iniuſtitiæ reum non facit. In reuiſione itaque litigator ſenten-

(a) *Ord. Cam.* l. c. § vlt.

(b) *L. 7. D. de magiſtratibus conueniend.* Vid. *Tractat. de Syndicatu* in IO. DECKHERRI *Monumentis lectionis antiquæ p. 448.*

tentiam aliter, ac oportuit, nec circumſpectis adeo rebus omnibus, latam eſſe, ideoque iudicem *per culpam* ſaltem et *imprudentiam* male iudicaſſe contendit: cum contra Syndicatus remedii vnicum fundamentum in *dolo iudicis male iudicantis* conſiſtat. In Reuiſione Pars læſa aduerſus *alteram partem* litigantem cauſam perſequitur; in Syndicatus remedio aduerſus *iudicem* male iudicantem. (a) In illa ſententiæ *reformationem*, in hac iudicem ad *litis æſtimationem* et omnis eius, quod intereſt, præſtationem condemnari, petit. (b)

§. XII.

Tantum competit ad indemnitatem a iudice obtinendam.

Ceterum cum totius Syndicatus ratio in *dolo* iudicis, iniquam ſententiam ferentis, et in litigantis exinde orta *læſione* poſita ſit: hoc remedium naturalem ſequitur obligationem, quæ ad *damni* inde emergentis *reparationem* comparata eſt. Damni reparatio, quam pars læſa a iudice petit, in cauſæ et *litis*, cuius iacturam dolo eius patitur, æſtimatione et in *expenſarum litis*, quas eo

(a) Vnde LYNCKERVS de *grauamine extraiudiciali cap. IX. P. II. §. 66. in Syndicatu non de reſcindenda ſententia ſed de coercenda malitia iudicis, in Syndicatu de dolo, in reuiſione tantum de culpa Referentis agi* dicit. Ita quoque MATTH. STEPHANI de *iurisdict. lib. III. P. I. c. 3. m. 1. n. 26. A reuiſione differt Syndicatus, cum in illa imperitia ſolum et negligentia, in hoc vero dolus et malitia arguatur.* IO. DECKHERRVS in notis ad C. *ab* OFFENBACH *tr. de reuiſione actor. n. 7. in Monum. lectionis ant. p. 424.* addit, *in reuiſione agi contra iudices vniuerſos in Syndicatu vt ſingulos, ibi de ſententia agi et iuſtitia, hic de perſonis agi et huius horumue delicto.* Conf. ANDR. GAILIVS in *Obſ. Pract. lib. I. obſ. 153.* n. vlt. MART. RVMELINVS in *Diſſertat. Academ. ad Aur. Bull. P.* II. *Diſſ.* II. §. *32. p. 424.*

(b) Vtrumque diſcrimen explicat ORD. CAM. *P.* III. *tit. 53. §. vlt.* de eoque adhuc vberius infra agendum.

eo nomine impendit, reſtitutione, ſeu in genere in eius, quod partis læſæ *intereſt*, præſtatione continetur: (a) id enim, quod intereſt, lucrum ceſſans, et damnum, quocunque modo ex læſione emergens, complectitur.

§. XIII.

Vnde diſtinguitur a iudicio Syndicatus criminali.

Syndicatus remedium itaque eo ſignificatu accipimus, quo læſo competit ad perſequendum id, quod ei dolo iudicis abeſt. Vnde facile diſtinguitur *a iudicio Syndicatus criminali*, quo aduerſus eos, qui in officio, in ſupremis imperii iudiciis ſibi publice demandato, dolo malo delinquunt, ad *pœnam* agitur. Si enim iudices a religione officii per ſordes, aliamue improbam rationem forte diſcedere contingeret: vindictæ publicæ, etiamſi vel maxime parti læſæ ſatiſfecerint, obnoxii ſunt. Eidem Criminali Syndicatus iudicio ſubſunt *Cameræ procuratores*, officio perfide functi, ab aduerſa parte corrupti, cauſa clientis prodita, criminis præuaricationis rei facti, wenn Procuratores von der Gegen-Partheÿ dergleichen Mied, Schenck und Gaab genommen oder in andere Weg præuariciret, oder ſonſt in offenen Betrug gefunden würden: (b) quo quidem caſu Procuratores coram *Camera Imperii*, cui immediate ſubſunt, ad Syndicatum iudicium vocandi eſſent. (c) A *Syndicatus*

(a) Vnde recte SCHWEDERVS *cit. diſſ. cap. IV. §. 3. per Syndicatum*, inquit, *non ſolum conſequimur id, quod nobis intuitu iniqua illius ſententia abeſt, ſed etiam quas in proceſſum erogauimus expenſas, licet non a parte, tamen a iudice, qui id perſoluere tenetur ex ſuo, non ex iudicii emolumentis, cum teneatur ex delicto ſuo, vt priuatus.*

(b) ORD. CAM. *P.* III. *tit.* 33. §. 6.

(c) Ceu diſerte cauet ORD. CAM. *l. c. et Conceptum renouat. Ord. Cam. P.* III. *tit.* 63. §. 14.

catus remedio igitur admodum differt *iudicium Syndicatus*, quorum illud *Ciuile*, hoc *criminale* eſt, illud aduerſus *Cameræ Iudices* et *Aſſeſſores* tantum inſtituitur, hoc non modo aduerſus illos verum etiam aduerſus *Cameræ Procuratores*. Vtrumque coram *diuerſo iudice* explicatur; vtrumque diuerſo *procedendi modo*, ciuili videlicet et criminali, exercetur; vtrumque denique in diuerſum *finem* adhibetur, illud ad *Litis æſtimationem*, hoc ad *pœnam*. Quæ omnia turbat miſcetque IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS, (d) dum Syndicatum definit per *remedium iuris, quo is, qui ſententia Camerali ex malitia, dolo, fraude, corruptione, illicito affectu, ſimilibusue cauſis aliis ipſius iudicis Aſſeſſorumue, ſiue etiam ex præuaricatione Procuratorum lata, læſum eſſe putans, eam velati iniquam, et proinde nullam reſcindi, condigna inſuper præuaricatoribus infligenda pœna, petit.*

§. XIV.

An competat, ſi iudex corruptus iuſtam ſententiam dixit?

Si iudex, *pretio corruptus*, *iuſtam* nihilominus ſententiam dixit, *remedio Syndicatus* locus non eſt; quamquam *iudicio Syndicatus criminali* ſubſit. Namque remedium Syndicatus dolo iudicis, *inique* iudicantis indeque emergenti litigatoris *læſione* innititur: (§. VII. et IX.) qualis cum ceſſet, ſi iuſta ſententia pronunciata eſt; nec litigans ſe læſum conqueri, nec ad id, quod intereſt, cum eius *nihil omnino* interſit, agere, neque ideo remedium Syndicatus interponere poteſt. (a) Vnde

(d) in *Vitriario illuſtrato lib. IV. tit. VI. §. 35. not. (a) p. 608.*

(a) Vnde contra ſolas *malas ſententias* Syndicatus remedium inſtitui poſſe, recte obſeruatur in *tr. de Syndicatu Pars II. § 1* apud DECKHERRVM l. c p. 432.

Vnde et Ordinatio Cameralis remedio Syndicatus tunc demum locum relinquit, wann ſich befünde, daß aus Betrug oder Argliſt, von Schenck, Mied, Bitt, Freundſchaft, Feindſchaft oder andern dergleichen Urſachen wegen **ein nichtige oder ungerechte Urtheil** gefällt und geben wäre. (b) Quoniam tamen iudex pretio corruptus delinquit in officio, et iuſtitiæ adminiſtrandæ cauſa nullo modo ne in rebus quidem bonis munera accipere licet: (c) eum ad pœnas corrupti iudicis in Syndicatus iudicio criminali vocari poſſe, expeditum eſt. (d)

§. XV.

Quamquam vero, quod ipſius Syndicatus fundamento congruere vidimus, Syndicatus ad litis æſtimationem omnisque eius, quod intereſt, præſtationem tendat: (§. XII.) ſententiæ tamen, dolo malo latæ, *reſciſſio* ac emendatio hoc remedio impetrari nequit. Cum enim ſententia, vtraque parte audita, lata ſit: conſequens profecto eſt, nec eiusdem reformationem aliter atque, altera

Syndicatus non tendit ad reformationem ſententiæ.

(b) ORD. CAM. *l. c.* §. *vlt.* idemque cauetur §. 6. verbis, ein nichtige oder ungerechte Urtheil geben. Conf. REC. IMP. *a. 1532. art. 2.* §. *17.*

(c) *L. 7. et vlt. C. ad L. Iul. repetund.* CASP. ZIEGLERVS in *Dicaſtice concl. XX.* § *20. ſeqq.*

(d) Ita, conſtituto inter *remedium Syndicatus* et *iudicium Syndicatus criminale* diſcrimine, recte de hac quæſtione iudicari poteſt, quam tamen, neglecto eo, parum accurate cum pluribus, quos excitat, generatim affirmat GRAVIVS de *iudicio Syndicat. cap. IV.* §. *7.* Quis locus enim remedio Syndicatus erit, vbi iudex ita, vt oportuit, iudicauit, vbi litigator nullum damnum paſſus eſt, cuius reparationem petat? At iudicem nihilominus per ſordes iudicaſſe ais, licet bene iudicauerit? Ob hoc vero pœnam non effugiet: ad quam non ciuiliter, ſed criminaliter agendum.

Digitized by Google

altera parte audita, procedere, neque eamdem alio iuris remedio, quam quod *inter ipſos litigantes* ventilatur, impetrari poſſe. Quandoquidem vero Syndicatus querela inter partem læſam et *iudicem*, dolo iudicantem, non inter litigantes, mouetur: dubitari profecto non poteſt, quin Syndicatus remedium ad ſententiæ iniquæ reformationem impetrandam comparatum non ſit.

§. XVI.

Quod vlterius exponitur.

Syndicatus remedium nimirum ad *actionis in factum*, aduerſus iudicem male iudicantem datæ, rationes compoſitum eſt, quam ad litis æſtimationem, non ad ſententiæ iniquæ retractationem pertinuiſſe, ſupra expoſuimus. (*cap.* I. §. XVI.) Iisdem principiis *Ordinatio Cameralis* inſiſtit; (a) quæ dum Iudices ad Syndicatum vocare permittit, vim et poteſtatem huius remedii ex *iure communi* repetit, decernens, wie ſich des Orts vermöge der Rechte gebühret, gegen ihnen zu handeln. Clarius eam in rem diſponit *Receſſus Imperii nouiſſimus*. §. CLVII. wenn ſich befinden würde, daß der eine oder andere nicht ex Iuſtitia ſondern ex affectu iudiciret und geurtheilet, derſelbe litem ſuam gemacht haben, und dem Syndicatui unterworffen ſeyn ſolle: quibus verbis Syndicatus indoles, qua iudex litem ſuam facere dicitur, ſeu Litis æſtimationi præſtandæ ſe obnoxium reddit, perſpicue exponitur.

§. XVII.

Et ex diſcrimine eius a Reuiſione probatur.

Atque in hoc ipſo verum diſcrimen inter *Syndicatus* et *Reuiſionis* remedia continetur, quorum hoc ad *ſen-*

(a) ORD. CAM. *P. III. tit.* 53. §. *vlt.*

ſententiæ reformationem impetrandam, illud ad *Litis æſtimationem* comparatum eſt. Quamquam *Ordinatio Cameralis* de vtroque remedio *eodem titulo* ſanciat: (a) id diſcrimen tamen vbique ſeruat. Primo *rubrica* excitati *tituli*, von Reuiſion und Beſichtigung der Acten und geſprochenen Urtheilen auch Syndicat der Urtheiler, vtriusque diuerſum finem exprimit, et *male iudicata* reuiſioni, *male iudicantes* Syndicatui ſubiicit. Deinde ipſa laudati *tituli* diſpoſitio *§. I.* Parti læſæ ſeu grauatæ permittit, um Straffe ungerechter Richter oder Reformation und Beſſerung ſolcher Urtheile zu klagen. *Reformatio* male iudicatorum Reuiſione, (b) *pœna iudicis inique iudicantis* Syndicatu intenditur. Litis æſtimatio ſtilo iuris Romani ibidem *pœna*, ſeu Straffe ungerechter Richter, vocatur, eodem ſenſu, quo eius, quod intereſt, præſtatio ſubinde pœnæ nomine venit. (c) Eodem ſignificatu IVSTINIANVS iudicem, litem ſuam facientem, ex quaſi maleficio teneri actione in factum, et in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videretur, *pœnam* ſuſtinere diſponit. (d) Deinceps vi §. *vlt. cit. tit. Ordinationis Cameralis* Parti læſæ integrum eſt, vtroque cum *Reuiſionis* tum *Syndicatus* remedio ob eamdem cauſam, perperam et ex dolo iudicatam, vti, argumento non contemnendo, vtrumque remedium ad diuerſa tendere. Quid enim ei, qui de ſententia, *per fraudem* pro-

(a) *P. III. tit. 53.*

(b) ORD. CAM. l. c. §. 4. et 5.

(c) *L. 40. D. de reb. credit. L. vlt. D. de eo quod certo loco.*

(d) *Pr. I. de obligat. quæ quaſi ex delicto L. vlt. D de extraord. cognit.* THOMASIVS *de actione adu. iudic. male iudicant. §. IV. lit. c.*

pronunciata, conqueritur, opus foret *reuiſionis* remedio, ſi per Syndicatum obtineri *ſententiæ reformatio* poſſet? Cauetur autem: dieſelbe Parthey ſoll in dieſem Fall jederzeit ſich nicht allein der Reuiſion, wie obgemeldet, zu gebrauchen, ſondern auch Fug und Macht haben, die Urtheiler, ſo angezeigter Geſtalt gehandelt, ad Syndicatum zu ſtellen, und wie ſich des Orts vermöge der Rechte gebührt, gegen ihnen zu handeln. Vtriusque remedii beneficio igitur eatenus vtitur Pars læſa, vt reuiſione aduerſus partem *aduerſam* inſtituta, ſententiæ *reformationem*, et Syndicatu aduerſus *Iudices* moto, eius, *quod intereſt*, præſtationem conſequatur. Tandem quod rem omnem conficit argumentum, hoc eſt, quod, finito Reuiſionis remedio, et ſententiæ *reformatione impetrata*, Syndicatus remedium adhuc inſtitui poſſit, annuente *Ordinatione Camerali* et locum faciente Syndicatui in caſu; Wo einige Parthey vermeynet, oder ſich aus der *reuiſione*, wie obgeſetzt, befünde daß aus Betrug oder Argliſt vor Geſchenck, Mied, Gabe, Bitte, Freundſchafft oder andre dergleichen Urſachen wegen ein nichtige oder ungerechte Urtheil gefällt und geben wäre, dieſelbe Parthey ſoll in dieſem Fall jederzeit ſich nicht allein der Reuiſion, wie obgemeldt, zu gebrauchen, ſondern auch Fug und Macht haben, die Urtheiler, ſo angezeigter Geſtalt gehandelt, ad Syndicatum zu ſtellen. Si vero in Reuiſione fraudes et ſordes iudicis detectæ, ſi ſententia inique et iniuſte lata reperta eſt: ſententiam profecto in reuiſionis iudicio *emendatam* eſſe oportet. Atqui cum iudicantes nihilominus adhuc ad *Syndicatum* vocari poſſint: conſequens eſt, vt Syndicatus ad ſententiam reformandam non inſtituatur. Datur ergo vnice ad id, quod parti læſæ

ob

ob male latam ſententiam intereſt, a iudice conſequendum. (e)

§. XVIII.

Ex his, quæ hactenus de indole Syndicatus diſſeruimus, ſatis conſtare arbitramur, illum pro remedio reſciſſorio haberi non poſſe. Nec obſtat I. quod *remedium aduerſus ſententias* appelletur: ſiquidem ſententia iniqua in diuerſum finem impugnari poteſt, vt vel eius *reformatio*, vel *litis æſtimatio* ſeu præſtatio eius, quod intereſt, obtineatur. Priori caſu aduerſus partem aduerſam *Reuiſione*, poſteriori aduerſus iudicem *Syndicatu* agitur; vtroque vero ſententia iniuſtitiæ nomine arguitur et impugnatur, et vtroque modo læſo ſuccurritur: vtrumque ergo eſt *remedium* aduerſus ſententias. Præclare eam in rem grauiſſimus olim ICtus SCHWEDERVS ſententiam dicit. (a) *Quamuis ſtricte et proprie loquendo remedium quoddam ſententiam impugnatiuum non ſit, nec per illum petatur eiusdem reformatio: quia tamen 1) datur intuitu ſententiarum, in iudiciis hiſce prolatarum, atque, contra illas: 2) quis per illum, quando agitur ciuiliter atque ad damnum ac intereſſe refundendum, id quod ſua intereſt non minus conſequitur, quamuis non a parte, tamen a iudice, inde remediis contra ſententias accenſetur.* Nec magis II. ſententiæ noſtræ aduerſatur *Ordinatio Iudi-*

Dubia diluuntur.

(e) Vnde et Syndicatus remedium in *Ordinat. ſupremi Appell. tribun. Wiſmarienſ. de a. 1657. P. III. c. 8 § 2.* non incongrue vocatur ein bloſſes Perſonell-Werck, eo quod vnice aduerſus iudicem intuitu eius, quod intereſt, petendi inſtituatur

(a) SCHWEDER de *concurſ. et elect. remed. adu. ſentent.* Cap. II. § VIII. p. 29.

Iudicii Imp. Aulici in ceteris *remediis aduerſus ſententiam* etiam Syndicatus mentionem iniiciens: (b) dafern ſich nun ein oder ander Theil durch die am Kayſerl. Hoff gefällte Urtheil grauiret zu ſeyn vermeinet, und dahero entweder per viam Nullitatis, Syndicatus, reſtitutionis in integrum, oder ſonſt einig ander in Recht zugelaſſenes Mittel, wodurch die Urtheil infirmiret werden könte, vor und an die Hand nehmen wolle. Neque enim ex hoc loco colligi poteſt, Syndicatum in remediorum numero eſſe, quibus ſententiam infirmare liceat. Sunt remedia iuris ſententiam impugnantia et infirmantia: ſunt et alia, aduerſus ſententiam quidem competentia, quamquam eamdem non infirment. Iam cum quæſtio ibidem eſſet de remediis aduerſus ſententias iudicii Aulici; *vtriusque generis* remedia, in iisque Syndicatus, referuntur.

§. XIX.

Aliud dubium excutitur. Grauius obſtare forte videntur ea, III. quæ ſupra (§. II.) ex *Receſſu Imperii anni* cIↃIↃxxxII. expoſuimus, ex quibus Syndicatores de ſententiæ iuſtitia vel iniuſtitia iudicare et in cauſa principali cognoſcere potuiſſe apparet. Sed et illud ſupra (§. III.) monuimus, Syndicatus remedium, cum primum ex laudato Receſſu aduerſus ſententias Camerales dari cœpiſſet, aliis adhuc remediis deficientibus, latius patuiſſe, aduerſus ſententiam competiiſſe ex *imprudentia* etiam, non vnice *dolo malo* inique latam, *Reuiſionem* comprehendiſſe, ac proinde non potuiſſe non ad *emendanda inique iudicata* per-

(b) Reichs-Hoffraths-Ordnung *de a. 1654. tit. V. §. 7.*

pertinere. Quibus per *Ordinationem Cameralem anni* cIↄIↄLV. curatius diſpoſitis ordinatisque, nouoque *Reuiſionis* remedio ad ſententiæ reformationem obtinendam ſpeciatim introducto, Syndicatus remedio vnice aduerſus iudicem, cum *dolo malo* in fraudem legis ſententiam dixerit, locus relictus eſt, ad litis æſtimationem ab eo conſequendam.

§. XX.

Vnde nec ad declarandam nullitatem ſententiæ in Syndicatu agitur.

Quid ergo, ſi remedio Syndicatus inſtituto, ſententia dolo malo inique pronunciata deprehendatur, valetne ſententia? Immo *non valet*, ſi *venalis* pretioue redemta appareat, vel contra manifeſtas leges lata ſit: (a) *valet*, ſi non quidem turpi lucro, *dolo* tamen, et peruerſa iuris ad factum applicatione, inique iudicatum eſt, et ſententia, ni reuiſione interpoſita eius emendatio impetretur, in rem iudicatam tranſit. (b) Quod ergo ſupra ex iure Romano inter ſententiam, ex *corruptione* iudicis et *ſimplici* eius *dolo* latam, adſtruximus diſcrimen, (*cap.* I. §. XVII.) et hoc loco ſeruandum. *Venales ſententias* damnant leges ob inſignem, quæ corruptioni ineſt, turpitudinem; *ambitioſas* ſententias et *dolo ſimplici* latas ſuſtinent ob rerum iudicatarum auctoritatem. (c) Eadem eſt *Ordinationis Cameralis* ſententia, (d) quæ ad *Ius Romanum* ſe refert in vi et poteſtate Syndicatus exponenda. Ceterum etiamſi ſententia in caſu, quo ob *iudicis corruptionem* impugnatur, vitio

(a) *L. 2. et 7. C. quando prouocare non eſt neceſſ.*

(b) GABR. SCHWEDER. *l. c. cap. III. § 4. p. 44.* GRAVIVS *de iudic. Synd. cap VI. § 3.*

(c) *L. 65. § 2. D. ad SCt. Trebell.*

(d) ORD. CAM. *l. c. §. vlt.*

tio nullitatis laboret; ad eam declarandam tamen non Syndicatu ſed querela nullitatis agendum. Nullitas ſententiæ enim concernit litem ipſam inter partes motam ſeu cauſam principalem: ac proinde de ea inter vtramque partem agendum. Iam vero Syndicatus aduerſus iudicem litis æſtimationis ab eodem obtinendæ cauſa inſtituitur; ac proinde de cauſa, quæ inter partes tractanda eſſet, in Syndicatu agi et nullitatis ſententiæ declaratio peti nequit. (e)

§. XXI.

Vtrum Syndicatus cum Reuiſione cumulari poſſit?

Quibus explicatis, non iam difficilis eſt diſquiſitio, vtrum Syndicatus cum Reuiſione *cumulari* ſeu vtrumque remedium *vno eodemque libello* proponi poſſit? Cum Reuiſio erga partem aduerſam ad ſententiæ emendationem conſequendam inſtituatur, in Syndicatu vero iudex conueniatur inſtar rei, ad litis æſtimationem præſtandam: facile eſt ad intelligendum, vtrumque remedium *eodem libello* aduerſus *diuerſos* reos coniungi non poſſe; (a) cum illud expediti iuris ſit, diuerſos reos ob diuerſas cauſas eadem actione eodemue libello inepte in iudicium vocari. (b) Ceterum diuerſo et

(e) In remedii cuiuscumque indole pernoſcenda id ſemper, *quod intenditur*, videndum. Quantum interſit, vtrum ſpolium per *actionem* an ope *exceptionis* proponatur, ſatis ex *c. 2. X. de Ordine Cognit.* apparet. Spolio per modum exceptionis oppoſito et probato, rei ablatæ reſtitutio non decernitur, ſed Litis conteſtatio donec reſtitutio facta ſuſpenditur. Ob crimen per modum *exceptionis* teſti obiectum, teſtis pœna ordinaria non adfligitur, etiamſi delictum probatum ſit, ſed teſtis tantum a teſtimonio repellitur, ſiquidem eo animo exceptio opponebatur. *c. 1. X. de except.*

(a) SCHWEDER. de *concurſu et elect. remedior. aduerſ. ſent. Cap. III. §. IV. p. 46.*

(b) WERNHER. *Obſeru. forenſ. P. I. obſ. 101.*

et *ſeparato* libello vtrumque remedium ſimul inſtitui, eodemque tempore ſententiæ emendationem aduerſus alterum litigantem *libello reuiſionis*, eius vero, quod intereſt, præſtationem a iudice, dolo malo perperam iudicante, *libello Syndicatus* peti poſſe, *Ordinatio Cameralis* patitur: (c) dieſelbe Parthey ſoll in dieſem Fall jederzeit ſich nicht allein der Reuiſion, wie obgemeldt zu gebrauchen, ſondern auch Fug und Macht haben, die Urtheiler ſo angezeigter Geſtalt gehandelt, ad Syndicatum zu ſtellen.

§. XXII.

Cur et quatenus eadem iura in Syndicatu ac in Reuiſione obtineant?

Sed hæc hactenus de vera Syndicatus, eiusque diuerſa a Reuiſionis remedio, indole. Proximum eſt, vt de ſolenni Syndicatum in Camera Imperii *proſequendi modo* diſpiciamus. Illud primo loco animaduertimus, quæ ad vtriusque remedii in iudicio perſecutionem in Legibus Imperii prodita ſunt iura, *eadem* eſſe in *Syndicatus* ac in *Reuiſionis* remedio. Cuius rei rationes ex primis vtriusque remedii *natalibus* repeti poſſe videntur. Primum quod inde a Cameræ Imperii auſpiciis aduerſus eius ſententias tandem ex RECESSV IMPERII *anni* cIↄIↄXXXII. §. XVII. competere cœpit, fuit *Syndicatus* remedium, de cuius forma et modo, id in iudicio explicandi, varia ibidem conſtituta ſunt. Cum deinde breui poſt per ORDINATIONEM CAMERAE *anni* cIↄIↄLV. nouum *reuiſionis* remedium, quo recognitionem ſententiæ eiusque reformationem pe-

(a) ORD. CAM. P. III. *tit.* 53. §. *vlt.*

petere licebat, proderetur: (a) quæ antea de forma Syndicatus cauta fuerunt, huc applicata, et vna eademque ratio in vtroque remedio in iudicio perſequendo præſcripta, vt adeo Syndicatus iura ad reuiſionem tranſlata eſſe appareat. Quæ res effecit, vt de vtroque remedio, vno eodemque *Ordinationis Cameralis titulo* ageretur. (b) Quamquam enim Ordinatio Cameralis quædam tam reuiſioni quam Syndicatui *peculiaria* diſponat, ea tamen ex *diuerſa* vtriusque *indole*, antea expoſita, pendent; ideoque non potuerunt non diuerſa eſſe. In reliquis iuribus, quæ in diuerſa vtriusque indole rationem non habent, exacta vtriusque æqualitas ſtabilita. Quam in rem ORDINATIO CAMERALIS loco excitato *§. VI.* Parti grauatæ permittit, gegen den Urtheiler das Syndicat, immaſſen hernach gemeldt, vorzunehmen, idque in §. vlt. in hunc modum determinat, in ſolcher Sache vermöge der Rechte zu handeln, und die Billigkeit zu verfügen, auch den Proceſſ derhalben vorzunehmen, immaſſen hier oben der Reuiſion halber geſetzt, und ſich ſonſt nach Ordnung unſer und des Reichs gemeinen Recht gebühret. In eumdem ergo modum, quem in reuiſione definitum deprehendimus, in Syndicatus remedio exequendo procedendum: ſiquidem perinde eſt, vtrum diſerte, an relatione ad aliud facta, quidquam ſanciatur? (c)

§. XXIII.

(a) ORD. CAM. *P. III. tit. 53.*

(b) ORD. CAM. *l. c. Conf.* REC. IMP. *anni* 1557. §. 18.

(c) Vnde et communis fere interpretum iuris Cameralis ſententia eſt, in Syndicatu perſequendo eadem ac in Reuiſione iura competere: niſi ea concernant, quæ in peculiari et cuilibet horum remediorum

§. XXIII.

Quoad leges Imperii, de Reuiſione ſancientes, ad Syndicatum pertineant?

Quæ iurium in vtroque remedio conſtitutorum æqualitas effecit, vt quando in ſequioribus Legibus de Reuiſione nonnihil cautum, idem de Syndicatu ſanciretur. In *Receſſibus Imperii* de a. cIɔIɔLVII. et cIɔIɔLIX. Reuiſionis vix mentio iniicitur, (a) quin eidem adiungatur Syndicatus remedium, *eademque* de vtroque præcipiantur. Enimuero Reuiſionum vſu inualeſcente, et Syndicatus remedio fere neglecto, factum eſt, vt quod vix vſum ferret, eiusdem quoque mentio in Legibus prætermitteretur; multis de Reuiſione ſtatutis, ne iniecta quidem Syndicatus mentione. Quod quidem non ea ratione nititur, ac ſi quæ in reuiſione nouiter cauta, ad Syndicatum non pertinerent; quod in tanto legum, quæ in Reuiſionis et Syndicatus *perſecutione* eadem iura eſſe volunt, conſenſu concentuque ingenuo et æquo rerum æſtimatori in mentem vix venire poteſt; ſed quod huius remedii, quod in ducentorum annorum ſpatio vix ſemel biſue in hoc ſupremo Imperii dicaſterio inſtitutum eſſe conſtat, raritas

diorum *propria indole* rationem habent. Vnde IAC. BLVMEN *Proc. Cam. tit. 79. §. 37. In petendo,* inquit, *inſtituendoque Syndicatu eadem, quæ ſupra de reuiſione tradita ſunt, iura obtinent.* Vid. GVIL. RODINGVS *in Pandect. iuris Camer.* P. III. tit. 53. §. vlt. BERNARD. GRAEVEVS *in Concl. Pract. iur. Cameral. concl. CLIII. n. 17. p. 415.* IO. WOLFGANG. TEXTOR in Diſſ. ad *Receſſ. Imp. de a. 1654. diſſ. XIII.* §. *58. p. 285.* GABR. SCHWEDER *de Conc. et elect. remedior. contra ſent.* cap. II. §. 9. IO. LVDOVIC. BENDERVS de *reuiſione actorum et ſentent. concl. XX. n. 44.*

(a) REC. IMP. *a.* 1557. §. *18. et a.* 1559. §. *55. 60. 61. 62. 63. 64.* REC. IMP. *a. 1570.* §. *102.*

Digitized by Google

ritas vix mentionem deſideraret, iamque aliunde ſatis conſtaret, quæ in reuiſione ordinarentur, ex rationum æqualitate ad Syndicatum eſſe referenda, eodem modo ac in Ordinatione Camerali huc relata erant: dummodo in diuerſa vtriusque remedii indole non fundata ſint.

§. XXIV.

Alia ratio iurium in vtroque remedio conuenientium.

Primam rationem iurium, in vtroque remedio conuenientium, ex vtriusque natalibus deduximus: addimus *alteram*, non minus commodam. Vtraque remedia ſtatim ab initio in *Viſitatione Cameræ*, proponebantur, viſitatoribus cauſam cognoſcentibus. Quæ enim ad tuendam iuſtitiæ integritatem corrigendosque Cameræ defectus pertinebant: ea vel maxime penes Cameræ Viſitatores erant. Quibus rebus contigit, vt pleraque *ſolennia*, in vtroque remedio exercendo præſcripta, ad *viſitationem Cameræ* ſe referant, et ex eodem hoc fonte fluant; ac proinde, cum *principium commune* habeant, in vtroque remedio *conueniant*.

§. XXV.

De Syndicatus interpoſitione.

Quod ad formalia Syndicatus attinet, illorum alia coram *Camera Imperii*, alia in ipſo *Syndicatus iudicio*, coram Viſitatoribus Cameræ inſtituto, obſeruanda. Illa inprimis vel eius *interpoſitionem* vel eius *proſecutionem* concernunt. Interpoſitio Syndicatus nihil aliud continet, quam legitimam partis læſæ declarationem, ſe remedio Syndicatus aduerſus certos Cameræ Imperii iudices et Aſſeſſores vſurum eſſe: eaque *Electori* et *Archiepiſcopo Moguntino* ſignificanda.

(a)

(a) Qui cum Viſitationem in Camera Imperii inſtituendam iure archicancellariatus Germaniæ dirigat, Viſitatoresque conuocet: facile eſt ad intelligendum, cur quod coram Cameræ Imperii Viſitatione explicandum eſt Syndicatus remedium, apud eum interponendum ſit. Quodſi cauſa, in qua Syndicatus petitur, Electorem Moguntinum concernat, vel ipſe eumdem interponendum arbitretur, loco eius *Elector Treuirenſis* adeundus. De vltimo quamquam *Ordinatio Cameralis* nihil caueat: id tamen cum in caſu *Reuiſionis*, Electorem Moguntinum concernentis vel ab eo interpoſitæ, in RECESSV IMPERII anni cIↃIↃLXXXXIV. diſpoſitum ſit, (b) dubium non eſt, quin idem ad *Syndicatum* ſit producendum.

§. XXVI.

(a) ORD. CAM. *P. III. tit. 53. §. vlt.* daß die Parthey, ſo den Syndicat vorzunehmen willens, ſolches Unſern Neven dem Ertzbiſchoffen von Mayntz Churfürſten, zwen Monath vor prima Maii zu erkennen gebe.

(b) REC. IMP. *a. 1594. §. 100.* Ordnen und wollen wir auch hiemit, da erzehltermaſſen S. L. oder Dero Nachkommen Ertzbiſchöffe zu Mayntz, eine Reviſion in deren und Dero Ertz-Stifft-Sachen zu begehren hätte, daß ſolch Ausſchreiben bey unſern auch lieben Neven und Churfürſten dem Ertz-Biſchoffe zu Trier, geſucht werden, S. L. auch daſſelbe über ſich nehmen, die Reviſion ausſchreiben, und die Direction, vermög des Reichs Ordnung, haben und verrichten ſoll: Welches auch in dem Fall, wann gegen gedachten Ertz-Biſchoffen zu Mayntz, einer ein Urtheil am vorgedachtem Cammer-Gericht erhalten, und derſelbe verluſtigte oder Widertheil gegen S. L. eine Reviſion auszuſchreiben ſuchen würde, daß des zu Triers L. darum zu erſuchen, und ebenmäßig, wie nächſt vermeldt, damit gehalten werden ſoll. Hæc ſanctio abiit in *Conceptum renouatæ Ordinat. Cam. P. III. tit. 63. §. 2.* eaque repetita in REC. IMP. *de a. 1654. §. 125.*

Digitized by Google

§. XXVI.

De tempore interpoſitionis.

Syndicatum *duobus menſibus* ante *Calendas Maii*, vel ſi tantum temporis a ſententia promulgata non ſupereſt, proximo anno eodem termino ante Calendas Maii interponi iubet *Ordinatio Cameralis.* (a) Olim videlicet *Cameræ viſitatio* vigore RECESSVS IMP. *anni* cIↄIↄxxxII. (b) quotannis *Calendis Maii* ſuſcipienda: in qua cum cauſa Syndicatus agenda eſſet, nihil conuenientius viſum, quam congruo ſpatio ante Viſitationis annuæ auſpicia iniungere Syndicatus interpoſitionem, quo Viſitatores, Syndicatorum partes ſuſcepturi, de cauſis in Viſitatione decidendis certiores redderentur. (c) Terminus interponendi Syndicatum deinceps euadit *trium menſium* ante Calendas Maii ex diſpoſitione RECESSVS SPIRENSIS *anni* cIↄIↄLVII. (d) Quod fatale interponendi tum Syndicatus tum Reuiſionis cum aliquando, ſi forte a tempore latæ ſententiæ tres menſes ante Calendas Maii non ſupererant, ad annum fere et vltra proferretur: (e) de eo arctioribus limiti-

(a) ORD. CAM. *P.* III. *tit.* 13. §. *vlt.*

(b) *R. I. de a. 1532. art. 3.* §. 3. et ORD. CAM. *P. I. tit. 30.* §. *I.*

(c) GE. MELCH. de LVDOLPH *Ius Cameral. p. 319.*

(d) R. I. a. 1557. §. 26. eumque terminum ſeruat *Conceptum* der erneuerten und verbeſſerten Cammer-Ger. Ordn. *P.* III. *tit. 63.* § *vlt.*

(e) Hanc rationem inprimis vrſit Camera Imperii in dem Bedencken die Verbeſſerung des Juſtiß-Weſens betreffend *n. 7. de a. 1643.* in Generoſiſſimi et Illuſtr. Dni de MELERN *Actis Comitial. Ratiſbonenſ. P. II. p. 454.* et generatim *trium* menſium ſpatium a tempore latæ ſententiæ conſtituendum cenſuit. Quod conſilium comprobationem Statuum Imperii eatenus meruit, vt in *Comitiis Deputationis anni 1644.* ex *Concluſo Statuum ibid. p. 252. quatuor* menſium ſpatium, a tempore latæ

limitibus circumſcribendo ſuperiori Seculo actum eſt in *Comitiis Ratiſbonenſibus*, et *Receſſu Imperii Nouiſſimo* generatim quatuor menſium ſpatium a tempore latæ ſententiæ præfixum reuiſioni interponendæ. Quod fatale pro ea, quæ eſt iurium in *Reuiſionis* et *Syndicatus* remediis exercendis æqualitas, ad Syndicatum interponendum quoque pertinet. (f) Vt adeo, *hoc tempore elapſo*, locus amplius non ſit Syndicatui. (g)

§. XXVII.

latæ ſententiæ numerandum, Reuiſioni interponendæ præfigendum eſſe exiſtimauerint; accedente deinceps omnium Statuum Imperii conſenſu in der geſamten Reichs-Chur-Fürſten und Stände Guthachten über den *Punctum iuſtitiæ Dictat. Ratiſbonæ 10-20. Dec. 1653. ibid. p. 445.* ex quo tandem nata eſt diſpoſitio RECESSVS IMP. *de a. 1654 §. 125.*

(f) Diſſentit IOANNES GRAVIVS *de iudicio Syndicat. c. V. §. 18. p. 57.* et Fatale *trium* menſium *ante Calendas Maias* in Syndicatu interponendo adhuc obtinere et haud correctum eſſe arbitratur, eo quod I.) *Receſſus Imperii de a. 1654. §. 125.* quadrimeſtre ſpatium tantum in *Reuiſione* petenda conſtituat, nulla Syndicatus mentione iniecta, deinde II.) quod *Ordinatio Cameral. P. III. tit. 53. § vlt.* proceſſum Syndicatus nonniſi poſt iam obſeruatum fatale *interpoſitionis* cum Proceſſu Reuiſionis exæquet. Sed ſane hanc ſententiam non adeo firmo talo niti, iam obſeruauit SCHWEDERVS *de Conc. et Elect. remed. aduerſus ſententias cap. II. §. 9. p. 31.* Primo enim cauſam, cur in nouioribus Imperii Legibus Syndicatus mentio vlla vix occurrat, expediuimus ſupra (§. XXIII.) Cum vero rationes, ob quas, loco termini *trium* menſium *ante Calendas Maias*, ſpatium *quatuor Menſium* a tempore *latæ ſententiæ*, introductum ſit, eædem occurrant in *Syndicatu* ac in Reuiſione, in Syndicatu quoque eandem diſpoſitionem obtinere oportet. Deinde altera ratio, quaſi facta demum horum remediorum interpoſitione, eadem iura in vtroque obtineant, inanis et ficulnea eſt: quoniam Ordinatio Cameralis eadem, quæ in *Reuiſionis interpoſitione* diſertis verbis l. c. §. 1. conſtituerat, in *Syndicatu interponendo* eiſdem fere verbis repetit, et tandem, ne et reliqua repetere opus eſſet, breuibus ſe expedit, den Proceſſ derhalben vorzunehmen, immaſſen hieroben der Reuiſion halben geſetzt.

(g) ORD. CAM. P. III. *tit. 53. §. vlt.*

§. XXVII.

De modo interpoſitionis.

Interpoſitio Syndicatus fit per *libellum ſupplicem* ad Electorem Moguntinum, vel ſi circumſtantiæ, (§. XXV.) adductæ, poſtulare videantur, ad Electorem Treuirenſem directum, quo pars litigans, exhibito *ſententiæ*, quam inique et dolo malo latam eſſe arguit, *exemplo*, ſe læſum, et per hoc ad Syndicatum aduerſus certos Cameræ Imperii Iudices vel aſſeſſores inſtituendum motum eſſe ſignificat, iuncta ſupplici imploratione, vt Elector Syndicatus interpoſitionem Cæſareæ Maieſtati Statibusque Imperii ad proximam Viſitationem deputatis indicare, nec non idem Cameræ Imperii denunciandum curare, et implorationis huius ad ſe directæ teſtimonium dare haud dedignetur. (a) In quo libello vt grauamina Syndicatus exponantur, neceſſe non eſt, cum Elector Moguntinus iudicis partes non gerat, nec de Syndicatu recipiendo vel non recipiendo cognoſcat. (b) Syndicatus querela enim non niſi eo nomine, quod Directio Viſitationis Cameræ penes eum ſit, ad eum dirigenda.

§. XXVIII.

§. *vlt.* REC. IMP. de *a. 1654.* §. *125.* Tract. *de Syndicatu* in DECKHERRI *Monum. lection. antiqua P. I. c. 2. §. 1. n. 2. p. 445.* In hoc quoque iuris *Cameralis* et *Communis* in hac doctrina differentia apparet, cum iure Communi *actio Syndicatus* XXX. annos duret. Vid. SCHWEDERVS *l. c. cap. IV. §. 8. p. 80.*

(a) Formulam eiuſmodi implorationis in Reuiſione exhibet IO. FRIDR. HOFFMANNVS in *praxi iur. et proc. Cameral. tit. 23. p. 915.* Conf. IACOBI BLVMEN *Proceſſ. Camer. tit. 79. §. 15.*

(b) Vid. CONR. ab OFFENBACH *tr. de Reuiſ. act. et ſent. Camer.* apud DECKHERVM *in monum. lect. antiqu. p. 427.* et GVIL. RODINGVS in *Pandect. Cam. lib. 3. tit. 61. §. 68. p. 931.*

§. XXVIII.

De literis intimationis.

Itaque ad partis litigantis deſideria, in libello Syndicatus expoſita, Eminentiſſimus Præſul Syndicatum aduerſus quoſdam Cameræ iudices coram ſe interpoſitum eſſe, Cameræ Imperii ſignificat literis, quæ vocantur das *Denunciations* vel *Intimations*-Schreiben, (a) pro quibus iura Cancellariæ, quæ XX. thalerorum eſſe ſolent, exſoluenda, eorumque nomine teſtimonium a Receptore Taxæ expediendum.

§. XXIX.

De introductione Syndicatus.

Sequitur *introductio* Syndicatus per *Receſſum ſcriptum* in *Camera Imperii* expedienda, in quo pars læſa oblatis non modo literis Denunciationis, ab Electore Moguntino impetratis, verum etiam teſtimonio exſolutorum iurium Cancellariæ, Syndicatus querelam coram Electore Moguntino interpoſitam eſſe ſignificat, exhibitoque *grauaminum libello*, ſe ad præſtandum iuſiurandum Calumniæ et pecuniam in caſum ſuccumbentiæ deponendam offert. Eiuſmodi Receſſus introductionis Syndicatus per Notarium, Collegio Camerali iuramento non obſtrictum, (b) Præſidi vel Aſſeſſori Audientiam dirigenti eodem modo, ac in Reuiſione, ante initium Audientiæ inſinuari ſolet: (c) ita tamen vt *ſpeciali mandato* ad hunc actum ſe inſtructum eſſe, adiuncto

(a) Exemplum literarum denunciationis in Reuiſione interpoſita exhibet HERTIVS de *iudicio Reuiſorio* in app. *n.* 5. *Opuſc. Vol. I. tom. II. p.* 78. et PFEFFINGER in *Vitriario illuſtr. lib. IV. tit. VI.* §. 38. *p.* 610.

(b) Vid. de LVDOLPH *obſeruat. forenſ. obſ. CXVIII.*

(c) de LVDOLPH in *Iure Cam. p.* 319.

iunčto documento doceat. Reuerentiæ rationes videlicet impedire viſæ ſunt, quo minus Cameræ Procuratores et Notarii, iureiurando Cameræ obſtricti, in exequendo, quod illuſtriſſimi dicaſterii dignitatem auctoritatemque ſugillat, remedio ſtudium operamque commodarent. (d)

§. XXX.

De libello grauaminum.

In *libello grauaminum* pars grauata, deductis, quibus ſententiam inique et dolo malo latam eſſe arguit, rationibus, Iudices et Cameræ Aſſeſſores in litis æſtimationem, eiuſque, quod intereſt, præſtationem condemnari petit. Iudices, quos pars læſa doli arguit, in libello deſignandos eſſe, ipſa Syndicatus indoles exigit. (a) Qui cum tamquam *rei* in Syndicatu conueniantur: in libello Syndicatus quoque indicandi, vt, *ad-*

uer-

(d) Vid. GVILIELM. RODINGVS in *Pandectis iuris Cameral. lib. III. tit. 61. §. 77. et 78.* Immo obſeruat CONR. ab OFFENBACH *de reuiſ. act. et ſent. n. 36.* in DECKHERRI *monum. lect. antiqu. p. 430.* hoc aduerſus Procuratorem, Reuiſionis defenſorem, vindicatum eſſe: de quo videndus quoque RODINGVS l. c. §. 79.

(a) Hoc obſeruatum eſſe in Syndicatu a. 1706. inſtituto, cuius mentionem inicit SCHWEDERVS in cit. Diſſ. *cap. IV. §. 5. p. 71.* cuius rubrum adfert: Geführte *Syndicats*-Klage, *iuncta denunciatione et incidenti querela nullitatis, pro impetranda indemniſatione et euentuali reductione ac reſtitutione in priſtinum ſtatum, annexo humillimo petito legali vlteriori, pro renouando ſequeſtro, et decernendo reſcripto Cæſareo de nihil alienando, nec permutando, nec oppignorando, in mobilibus autem arreſtatorio: a Iohanne Gothofredo Barone de Kielmanſegg* Erbherren der Herrſchafft Bföll, Obriſten, *proprio et vxorio nomine contra Cameræ Imperialis Præſidem F. A. D. L. B. de I. et einſdem Aſſeſſores C. I. de F. et C. P. de B. Referentem et Correferentem* in der beyden Kayſerlichen Cammer-Gericht in Sachen von Kielmanſegg *contra Roloffs* Erben zu Hamburg unrecht *et nulliter* abgeurtheilten Sachen.

Digitized by Google

uerſus quos inſtituatur, appareat. Sicut ineptus foret libellus actionis, ni *nomen rei* ſignificaretur: ita et libellus Syndicatus. Ceterum, Reuiſione interpoſita, integrum eſt Parti læſæ, (b) vel *grauamina* in libello exponere, dummodo neruoſe, breuiter et diſtincte concepta intra quadrimeſtre illud ſpatium vel vlteriorem, ſi quem a Camera Imperii ex iuſta cauſa impetrauit, terminum exponantur, vel ad *Acta priora* ſe remittere, et *cauſæ recognitionem* generatim petere. Cuius arbitrii ratio Reuiſioni peculiaris eſt, cum grauamina vnice *ex actis prioribus*, reiectis nouis cauſæ argumentis, deducenda ſint. (c) Quæ ratio ad *Syndicatus* remedium non omnino pertinet, ſiquidem in eo duo momenta exponenda ſunt, alterum, ſententiam *iniquam* eſſe, alterum vero, eam *dolo malo iudicis* latam eſſe. Prius vnice ex *Actis prioribus* euincendum; poſterius *aliunde* docendum. Noua omnino cauſa, cauſa *doli*, Iudici imputati, in iudicium Syndicatus deducitur, non erga *Partem aduerſam* ſed aduerſus *Iudicem* exequenda: ideoque in ipſa Syndicatus indole continetur ratio, quare Pars læſa ad acta priora non omnino ſubmittere poſſit,

(b) REC. IMP. *de anno 1654.* §. 125. ibi: wie nicht weniger ſeine Reuiſions-Beſchwerden, da er einige zu produciren willens, ſummariter, kürtzlich und unterſchiedentlich übergeben, oder im Fall er daran rechtlich verhindert, vermittelſt deſſen Beſcheinigung einen anderweitigen termin darüber begehren.

(c) BLVM. *Proc. Cam. tit. 77.* §. 18. HERTIVS in diſſ. *de iudicio reuiſorio* §. 21. Quæ quidem diſſertatio a. 1686. prodiit ſub præſidio ICti Giſſenſis, NICOLAI THILEN, reſpondente SEGERO FRIDERICI: quamquam eam exarauerit celeberrimus ICtus IOANNES NICOLAVS HERTIVS. Vnde et *Opuſculorum* eius tomo I. inſerta.

ſit, ſed grauamina ſeu rationes *adhibitæ in male iudicando fraudis* intra quatuor menſium ſpatium, ni eius ex iuſta cauſa prorogatio a Camera Imperii impetretur, *neruoſe*, *breuiter* et *ſigillatim* exponere debeat. Quo ſpatio abeunte, via, noua grauamina opponendi, præcluſa eſt. (d)

§. XXXI.

Vtrum clauſum libellum aperiendi ius penes Cameram Imperii ſit.

Quandoquidem vero cognitio *de grauaminum veritate*, inſtituto demum Syndicatus vel Reuiſionis iudicio, coram Syndicatoribus ſeu Cameræ Viſitatoribus ſuſcipitur: Litigantes id ſibi aliquando ſumſerunt, vt *libellum grauaminum clauſum ſigillisque munitum*, Cameræ Imperii oblatum, a *viſitatoribus* demum, non a *Camera Imperii* aperiri deſiderauerint. Sed hæc fruſtra et inuito iure poſtulant litigantes. Cauet RECESSVS IMPERII *Nouiſſimus*, (a) die Reuiſion dem Cammer-Gericht zu inſinuiren, wie nicht weniger ſeine *Reuiſions*-Beſchwerden, da er einige zu produciren willens, *Summariter* kurtzlich und unterſchiedentlich zu übergeben. Non ergo Reuiſionem Cameræ Imperii *inſinuaſſe* ſufficit, ſed grauamina, ſi quæ exponere animus ſit, breuiter, neruoſe, et diſtinctim concepta, eidem exhibenda. An vero Lex, quæ grauamina, *neruoſe* et *diſtinctim* expoſita, *iudicio* exhiberi iubet, ea mente lata dici poteſt, vt *clauſa* exhibeantur? Legemne, quæ citra omnem diſtinctionem cauet, facta diſtinctione, ad minuendam eminentis iudicii auctoritatem reſtringere licet? Iudicione, cui Lex grauamina exhiberi deſiderat, ea *inſpiciendi facultas* denegata cenſeri poteſt? At nihil Cameræ:

(d) R. I. a. 1654. §. 125.

(a) R. I. de a. 1654. §. 125.

Digitized by Google

meræ intereſſe dixeris, quibus pars grauaminibus vtatur, ſcire, cum de eorum *veritate* non iudicet. Quamquam vero de eorum veritate non cognoſcat, de eo tamen, vtrum *friuole* interpoſita ſit? eodem modo, ac iudex a quo de *appellatione friuola*, cognoſcit, ceu mox oſtendemus. Qua de re INNOCENTIVS PP. III. (b) *ne friuolæ*, inquit, *appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari*. Ob eamdem rationem breuiter et ſuccincte coram Camera Imperii exponenda ſunt Reuiſionis et Syndicatus grauamina. Et ſane ſi vnquam, certe in Syndicatu, Cameræ Imperii intereſt, noſſe, quæ aduerſus ſe grauamina proferantur. Si enim, quod ratio legesque volunt, reo facultas non adimenda, *defenſionis* rationes, dum ſuppetunt, circumſpicere et conquirere; nec profecto *Cameræ Aſſeſſoribus*, dum doli, fraudis corruptioniſue in Syndicatu arguuntur, *grauaminum notitia* neganda. Actum eſſet de dignitate et auctoritate Cameræ Imperii, ſi, clauſo Syndicatus libello, Cameræ Aſſeſſores doli, in male iudicando admiſſi, reos facere liceret; his vero *ante Viſitationem*, poſt tot et incerta annorum ſpatia demum inſtituendam, in *grauaminum ignoratione*, defenſionem, temporis iniuria teſtiumque morte interituram, vel *ſeruare* vel *quærere* non liceret. Quæ vero ſanctio clauſum libellum *offerendi* ius *partibus* dedit, clauſum oblatum *aperiendi* ius *iudicio* ademit? At, inquies, id *ſtilum Cameræ* ita deſiderare. Ita enim celebris quondam iudicii

(b) c. 61. X. de appellat.

iudicii Cameralis Aduocatus IACOBVS BLVMEN, (c) *Grauamina vero*, inquit, *ſolent clauſa exhiberi, ne Collegio Camerali vel parti antequam iudicium reuiſorium inſtituitur, innoteſcant: inſtituto autem iudicio, reuiſores illa aperiunt, et parti aduerſæ communicant, ſtilo ita dictante.* Sed nec vnius Blumii aſſerto Cameralis iudicii *obſeruantia* adſtruitur; nec id quidem ſentire voluiſſe, ſed de eo, quod *litigantes* obſeruare et petere ſoleant, loqui videtur; nec denique *vſus iudicii Cameralis* ſententiæ eius adſtipulatur. Lubecenſes in cauſa Hollſtein *contra* Lübeck und Saxen-Lauenburg, Reuiſione aduerſus ſententiam a. d. XIII. Dec. cIↃIↃCLXIV. interpoſita, libellum grauaminum *apertum nec obſignatum* a. d. XII. April cIↃIↃCLXV. exhibuerunt. Qui cum paullo poſt aduerſus ſententiam, in eadem cauſa a. d. VII. Dec. cIↃIↃCLXVII. promulgatam, reuiſionis remedio vſi, libellum grauaminum *clauſum obſignatumque* obtuliſſent: Camera imperii eumdem iure ſuo *reſignandum*, eumque ſimul, tamquam in Cameram Imperii *iniurium*, per ſententiam d. d. XVIII. Mart. cIↃIↃCLXX. reiiciendum decreuit. (d) Nouo deinde reuiſionis libello, eoque *iterum clauſo*, a Lubecenſibus exhibito, eumdem iterum *aperire* non dubitauit, eumque, ſimilibus iniuriis refertum, *graui animaduerſione* iterum reiecit: (e) donec tandem Ciuitas Lubecen-

(c) *in Proc. Cameral. tit. LXXVII.* §. 18.

(d) Vid. *Notitia actorum* in Sachen Jhro Königl. Maj. von Groß-brittannien als Hertzog von Lauenburg *contra* die Stadt Lübeck *in app. n. XV.* et *apud* G. MELCH. de LVDOLPH *in Supplement. Obſeruat. forenſ. app. I. faſc. I. p. 9.*

(e) Vid. *Notitia Act. cit. n. XVII.* et LVDOLPH l. c. p. 11.

cenſis, poſt varias impetratas prorogationes, *emendatiorem* grauaminum Reuiſionis libellum a. d. XIII. Ian. a. cIↄIↄCLXXXII. eumque haud obſignatum, exhibuerit.

§. XXXII.

De iuramento Syndicatus.

Quibus omnibus intra quatuor menſium ſpatium a tempore latæ ſententiæ legitime peractis, ſupereſt præſtatio *iuriſiurandi Syndicatus*, ad quam intra idem ſpatium, ſub *pœna deſerti Syndicatus*, ſupplicans ſe legitime offerre tenetur. (a) Hoc reuera *iuſiurandum Calumniæ* eſt, ad *temeritatem* eorum, qui Syndicatu ad minuendam et labefactandam iudicii Cameralis auctoritatem turpiter abutuntur, *coercendam* comparatum, (b) quod vi *Receſſus Deputatorum Statuum Imperii anni* cIↄIↄC. in quo id primum introductum eſt, parte aduerſa demum petente, præſtandum eſt. Cum vero in *Comitiis Ratiſbonenſibus* anni cIↄIↄCLIV. de conſtringendo *Reuiſionum abuſu* ageretur: *Camera Imperii* auctor fuit iuriſiurandi reuiſorii, a parte aduerſa etiam *non petiti*, intra tempus præfinitum ſub pœna deſertæ Reuiſionis præſtandi: (c) *Statibus Imperii* id conſilium comprobantibus. (d) Vnde pro ea quæ Reuiſionis inter et Syndi-

(a) REC. IMP. *de a. 1654.* §. 125.

(b) In REC. IMP. *de a. 1600.* §. 145. ideo vocatur *iuramentum calumniæ*: ſetzen, ordnen und wollen darauf, daß eine iede Parthie, welche reuiſionem ſuchen will, parte aduerſa petente ſchuldig ſeyn ſolle, iuramentum calumniæ entweder in Perſon, oder durch ihren hiezu genugſam gevollmächtigten Anwald zu leiſten.

(c) Vid. des Cammer-Gerichts Bedencken das Juſtitz-Weſen betreffend, *in Illuſtr. et Generoſiſſ. Dni de* MEIERN *Actis Comit. Ratiſb. tom. II.* p. 145.

(d) Vid. allgemeines Reichs-Gutachten *Dictat. Ratiſb. 10. 20. Dec. 1653. in Act. Com. Ratiſb. l. c. p. 444.*

et

Syndicatus iura intercedit, æqualitate, etiam ab eo, qui Syndicatum petit, (e) abſciſſe et ſub iactura huius remedii non modo a *Parte litigante* verum etiam ab eius *Aduocato*, (f) vel *in perſona* vel *per procuratorem*, ad hoc *ſpecialiter* conſtitutum, in *animam Principalium* præſtandum. (g) Ceterum *idem procurator*, tum a *Parte litigante*, tum ab eius *Aduocato*, ad hunc actum per vtriusque *ſpeciale mandatum* conſtitui poteſt, idque in Camera Imperii intra fatale introducendi Syndicatus legitime producendum.

§. XXXIII.

De formalibus Syndicatus cognoſcendi ius Camera Imperii competit.

Quæ quidem cum pro *forma Syndicatus* ſint præſcripta: conſequens eſt, iis intra legitima tempora non obſeruatis, perinde eſſe, ac ſi Syndicatus remedium non ſit interpoſitum. Quam in rem cauetur in **RECESSV IMPERII** *Nouiſſimo §. CXXV.* da eines oder der andre in angeſetzten termino der 4 Monathen unterlaſſen und dem nicht Folge geleiſtet würde, die vermeynte Reuiſion als nicht geſucht oder vor nichtig gehalten, und die Urtheil ſimpliciter als in rem iudicatam erwachſen der execution unter

et cit. REC. IMP. §. 125. auch zugleich ſowohl die Parthie als der Aduocat entweder ſelbſten oder vermittelſt ihres beſtellten Anwalds das iuramentum reuiſorium abzulegen ſchuldig und verbunden ſeyn.

(e) GRAVIVS *de Iud. Syndic. cap. 5. § 8.*

(f) Quid ſentiendum ſit, ſi Aduocatus cauſæ iuramentum præſtare recuſet, expedit IAC. BLVMEN in *Proc. Cam. tit. LXXVII. §. 17. p. 632.* et IO. IAC. MOSERVS de *Reuiſione Sect. IV. §. 13.* Vbi recte obſeruat, nec Statuum Imperii Conſiliarios, partes Aduocati obeuntes, a præſtatione huius iuriſiurandi immunes eſſe. Conf. HERTIVS de *Iud. Reuiſ.* §. XX.

(g) BLVM. *l. c. p. 632.*

untergeben und anbefohlen. Cognitio vero de *formalibus Syndicatus neglectis obſeruatisue* penes Cameram eſt. Cum enim Syndicatum intra tempora præfixa in Camera *inſinuari*, *introduci*, *iuramentum Syndicatus* præſtari, iisque *neglectis*, Syndicatus Reuiſioniſue remedia pro nullis et non petitis declarari, leges Imperii iubeant: eius rei cognitio quoque hoc ipſo Cameræ imperii data eſt. Eadem *appellationis* ratio eſſe ſolet, vt ſi, quæ coram *iudice a quo* obſeruanda fatalia, neglecta ſint, Iudex inferior de *deſertione* cognoſcat: (a) cum *non prouocatum*, et *non legitime prouocatum* eſſe, paria ſint. Vnde Cameram Imperialem circa *formalia* et *non deuolutionem Reuiſionis*, et quod perinde eſt, *Syndicatus* iudicare, docent LAVTERBACHIVS, (b) BLVMEN, (c) MYLERVS, (d) TEXTOR, (e) REINKINGIVS, (f) DECKHERRVS, (g) HERTIVS, (h) LVDOLPHVS. (i) Vnde ſi intra quadrimeſtre ſpatium Syndicatus haud interpoſitus, nec legitime in Camera Imperii introductus eſt, a Iudicio Camerali tamquam deſertus reiicitur,

(a) MEVIVS *Deciſ. P. VI. dec. 287. c. 4. X. de appellat.*

(b) LAVTERBACH in *Collegio theor. Pract. Lib. XLIX. tit.* VIII. §. 7.

(c) BLVMEN in *Proc. Cam. tit. LXXIX* §. 15.

(d) MYLER ab EHRENBACH in *addit. ad Rumelini diſſ. ad Aur. Bull. P. II. diſſ. II. c. 24.*

(e) TEXTOR in *Diſſ. ad Rec. Imp. de a. 1654. diſſ.* XIII. §. 41.

(f) THEOD. REINKING de *regim. ſecul. et Eccleſ. lib. II. cl. II. c. 15. n. 30.* vbi et varia præiudicia eam in rem adfert.

(g) DECKHERRVS in *annot.* ad *Conr. ab Offenbach tr. de reuiſione*, in eius *monum. lect. antiqu. n. 34. p. 429.*

(h) HERTIVS de *iudicio reuiſ.* §. 21.

(i) MELCH. a LVDOLPH *Iur. Cam. p. 320. ſeqq.*

Digitized by Google

citur, (l) als wiederrechtlich und verſpätet hiermit verworffen, vel als dem jüngſten Reichs-Abſchied nicht gemäß hiemit verworffen, ceu ſententiarum formulis illuſtrat DECKHERRVS. (m) Pari ratione ſi de præſtando *iuramento Syndicatus* vel de *mandato* ad iurandum dato lis oriatur, cognitio eſt penes Cameram. (n) Eadem non

(l) LVDOLPH l. c. p. 321. Sic in cauſa Schlitz contra den Abt des Stifftes Fulda non proſecuta et deſerta reuiſio reiecta eſt in ſententia d. 16. April. 1714. in LVDOLPHI *Obſ. for. Part.* III. *faſc. I. p.* 58. ibi der vorgewandten aber unerfolgten und längſt defect geweſenen Reuiſion auch alles übrigen unerheblich und verzüglichen Einredens ohngehindert. Pari ratione reuiſio, quæ intra fatale trium menſium, quod Edicto Ferdinandi III. Imp. 31. Dec. 1653. renouandarum olim interpoſitarum Reuiſionum cauſa præſtitutum eſt, renouata non erat, deſerta iudicata d. 28. Maii 1734. ibid p. 170. auch die von weiland Dietrich Joh. Jac. von Bronckhorſt wieder die am 18. Aug 1618. publicirte Urtheil zwar interponirte aber innerhalb der in dem Kayſerl. Edict von 31. Dec. 1653 præfigirten Zeit bey dieſen Kayſerl. Cammer-Gericht nicht renouirte Reuiſio vor deſert und erloſchen hiemit erkläret. Conf. LVDOLPHI *Ius Cam. p.* 325.

(m) DECKHERRVS in *ſent. Camer.* 278. *in f. et n.* 304. et *n.* 240.

(n) In cauſa Epiſcopatus Monaſterienſis contra Erbmannos d. 13. Dec. 1686. iudicatum eſt: „*Notarium Sulz ad praſtationem iuramenti reuiſorii, vt tamen antea nomine Dni Electoris Colonienſis, qua Epiſcopi Monaſterienſis, nec non Aduocati cauſa, alia Procuratoria cum inſerta clauſula Hypothecationis bonorum producat, admittimus.*„ Vid. de LVDOLPH. *Obſ. forenſ. P. II. Append. I. n.* 161. p. 181. Ita quoque iudicatum in cauſa von Brockdorff contra Scheelin und Dännemärckiſche Regierung zu Glückſtadt den 15. Jul. 1710. Iſt in puncto reuiſionis Notario Fliegel ſein der Auſchwörung des iuramenti reuiſionis halben beſchehenes Begehren nochmahlen noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern ihm reſpectiue zu Folge der am 2. April voriges Jahres ergangenen Urtheil, ſowohl wegen beſagter Königl. Dännemärckiſcher Regierung zu Glückſtadt als auch Benedickten Margarethen Scheelin verbeſſerte dem Cameral-Stylo gemäß eingerichtete und mit deren nöthigen Clauſul behaffter Verpfändung ihrer jetzigen und deren Erben nachgelaſſener Haab und Güter verſehene Vollmacht

Digitized by Google

non minus de qualitate libelli grauaminum Syndicatus, ſibi exhibiti, iure decernit. Cum enim ſupremi et vice ſacra iudicantis dicaſterii auctoritas poſtulare videatur, vt Partes in libello Syndicatus, habita reuerentiæ ratione, verba in factum temperent, nec in Syndicatus libello, qui aduerſus iudicem vel quoſdam tantum aſſeſſores inſtituitur, viam iniurias aduerſus vniuerſum imperii tribunal diſpergendi ingrediantur: Camera eiuſmodi libellum, ſaluo quidem Syndicatu, reiicere, et vt decentiori ſcribendi ratione grauamina proponant, iniungere poteſt. Exemplo rem illuſtrat Deckherrus: (o) *In cauſa* Hollſtein *contra* Lübeck *et* Sachſen-Lauenburg, *ſimplic. Querelæ Senatus intimatæ, quidem Reuiſioni acquieuit, Grauamina vero, vtpote taxatiua, iniurioſa, et contra Reſpectum Auctoritatemque ſupremi iudicii concepta, reſeruata contra Aduocatum Cauſæ*

macht einzubringen. *Ibid.* N. 97. p. 109 Similiter ſuper *admiſſione ad iuramentum* reuiſionis iudicatum in cauſa de Groote contra de Geyer *ibid.* in *ſupplem. obſeru. for. App. L faſc. V. p. 122.* Iſt Notarius Feuerlein auf vorbrachte Speciel-Gewalter zum Reuiſions Eyd zugelaſſen, und ihm zu deſſen würcklicher Ablegung nächſt künftige audienz ſub præiudicio angeſetzt und præfigirt. Sub eodem præiudicio iuriſiurandi Reuiſorii præſtatio iniuncta, in cauſa Brockdorff contra Scheelin und Königl. Dän. Regierung zu Glückſtadt den 12. Oct. 1716. in LVDOLPHI *obſ. for. P. II. app. 1. p. 111.* daß gedachte Appellatin mit ihren Aduocato das Iuramentum Reuiſorium ſelbſten, oder durch einen gevollmächtigten Anwald, innerhalb 2 Monathen, ſo ihnen pro termino et prorogatione hiermit angeſetzt werden, würcklich abſchwören ſollen, mit den Anhang, wo ſie ſolchem alſo nicht nachkommen werden, daß ſie alsdenn in pœnam non iurantium gefallen ſeyn ſollen.

(o) DECKHERRVS in notis ad Conr. ab Offenbach tr. *de reuiſ. act.* n. 34. in Eiuſdem *monum. lect. antiqu.* p. 429.

ſæ decem Marcarum pœna, *reiecit*, *et publice per pedellum diſcerpi mandauit 18. Mart. 1670.* (p)

§. XXXIV.

De Syndicatu admittendo vel non admittendo regulariter cognoſcunt Syndicatores, Camera Imperii vero tunc, ſi friuole interpoſitus eſt.

Quemadmodum vero cognitio de *grauaminum Syndicatus veritate* ad *Syndicatores* ſeu Cameræ Viſitatores pertinet: ita et inde pendens diſcuſſio quæſtionis; *vtrum Syndicatus querela admittenda ſit, nec ne?* penes *eosdem* eſt. Cuius quæſtionis deciſio ſi ex diſcuſſione graua-

(p) Sententia refertur in Notitia Actor. cit. n 15. et in Melch. de Ludolph. Supplem. Obſ. forenſ. append. I. n. IX. p. 9. Läßt man es ſo viel das Städtlein Möllen belangt, zwar bey der am 15 Febr. a 1668. durch Notarium Johann Wilhelm Keil angezeigten Reuiſion bewenden, die durch denſelben allhier gerichtlich und in öffentlicher Audienz producirte Grauamina reuiſionis aber, ſind als anzüglich, iniuriös, und Syndicirlich, auch dieſem Kayſerl. und des heil. Reichs höchſten Gericht in viele Weg ſchimpf und verkleinerlich, mit vorbehaltener Straffe gegen den benamtem Aduocatum Joachim Carſtens von zehen Marck löthiges Goldes, innerhalb 3 Monathe dem Kayſerl. fiſco ſub pœna dupli et realis executionis zu erlegen, nicht allein hiemit verworffen, ſondern ſollen dieſelbe nach geendigter Publication der Urtheile öffentlich vor der Audienz-Stube durch den Pedellen zerriſſen werden; und wofern mehrerwehnter Beklagter anderwerts und mit mehrerer Beſcheidenheit eingerichte grauamina einbringen werden, ſoll in puncto admiſſionis ad iuramentum reuiſionis ferner ergehen, was Recht iſt. Neque in nouo reuiſionis libello Senatus Lubecenſis dignitatis et auctoritatis ſupremi dicaſterii rationem habuerat: ideoque ſimilis priori ſententia pronunciata eſt a. d. 13. Dec. 1680. apud LVDOLPHVM l. c. p. 11. Dann werden die durch Notarium Zorn am 10. Jun. hernach eingebrachte anderweitige grauamina reuiſionis als dem vorigen Urtheil nicht gemäß, ſondern dem ſchuldigen Reſpect dieſes höchſten Gerichts in viele wege abermahlen zu wiederlauffend, mit vorbehaltener Straffe 5. Marck löthiges Goldes gegen mehrbemeldete Beklagte dem Kayſerl. fiſco in obbeſtimter Zeit ſub eadem Comminatione unnachläßig zu bezahlen, nicht angenommen, ſondern hiemit verworfen, und wofern ſie Eingangs gedachter Urthel in hoc puncto gebührend nachkommen werden, ſolle ratione admiſſionis ad iuramentum reuiſorium ferner ergehen, was Recht iſt.

uaminum non pendet, ſed ſine omni vlteriori cognitione Syndicatus interpoſitio *friuole* facta eſſe intelligitur; eius deciſio penes *Cameram* eſt: cum friuolæ Syndicatus querelæ nec iuſtitia deferat, nec ei a iudice ſit deferendum. Eadem eſt *appellationis* ratio, vt quæſtio, vtrum appellationi *deferendum* ſit, nec ne? ex regula quidem *Iudicis Superioris* ſit; (a) ſin appellatio *palam* fundamento deſtituatur, eam *iudex inferior* ſtatim reiicere poſſit, (b) adeo vt ſi vel maxime Appellans, in reiectione non acquieſcens, Iudicem Superiorem adierit, hic cauſam *ad inferiorem* ſine difficultate remittere teneatur, Appellante in *expenſas* condemnato. (c) Iam vero *lege imperii* (d) ſtabilitum eſt principium, in caſibus, in quibus iure Communi *appellatio* non admittitur, *nec reuiſioni* locum eſſe: ex quo illud recte colligitur, eadem iura, *in reuiſione* ac in appellatione *admittenda*, ſequenda eſſe. Quemadmodum

ergo

(a) *L. 6. D. de recipienda appellat.*

(b) *ne videlicet friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat*, ceu ait INNOCENTIVS PP. III. in *c. 61. X. de appellat.*

(c) Ita CLEMENS PP. IV. in *c. 5. de appellat. in 6. Cum appellationibus friuolis nec iuſtitia deferat, nec ei ſit a iudice deferendum: ſi iudex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam appellatore nihilominus proſequente, ſuperior de ipſa cognoſcens, cauſam ad priorem iudicem iuxta ſanctiones Canonicas ſine difficultate remittat, eadem die condemnationem impenſarum faciens.* Vnde iudex, neglecta friuola appellatione, in cauſa procedens, attentatum non admittit. LYNCKER *Vol. I. Reſp. 102. n. 21. 22.* I. S. STRYK de *reiectione ab actis cap. V. n. 20.*

(d) REC. IMP. a. 1654. §. 125. In Fällen da die Appellationes vermöge gemeiner Rechten nicht zuläßig, ſollen auch die Reuiſiones nicht ſtatt finden.

ergo appellatio, cuius grauamina palam fundamento carent, a iudice a quo non admittenda: ita nec Camera Imperii *friuolæ reuiſioni* ac per conſequens nec *friuolæ Syndicatus querelæ* deferre tenetur. *Friuola* autem tunc dicitur, *ſi grauamina eius primo contuitu fundamento omni deſtituuntur*. Sicut enim fundamentum remedii Syndicatus in iniuſta ſententia, dolo malo pronunciata, poſitum eſt, daß aus Betrug Argliſt von Schenck, Mied, Gaab, Bitt, Freundſchafft, Feindſchafft oder ander dergleichen Feindſchafft wegen ein nichtige oder ungerechte Urthel gefällt und geben wäre: (e) ita Syndicatus remedium friuole interponitur, ſi ſententia *manifeſto iuſta* lata eſt, ita vt ſi aliter pronunciatum eſſet, id iuri conſtituto aperte aduerſum futurum fuiſſet, (f) vel ſi ſententia rei iudicatæ *inhæſiua* pronunciata eſt, (g) vel ſi cauſa reuiſionem vel Syndicatum ideo non admittit,

(e) ORD. CAM. *P. III. tit. 53. §. vlt.*

(f) Sic Reuiſio reiecta eſt in cauſa Graffen zu Solms contra Tecklenburg d. 7. Iul. 1697. in LVDOLPHI *ſuppl. Obſeru. forens. App. I. faſc. V. p. 138.* Seynd die durch Notarium Zorn am 28 Febr. jüngſt angezeigte Reuiſion wie auch durch Drem Erhard angeführte Interuention und reſpectiue beſchehenes Zeit-Bitten, als unſtatthafft, wiederrechtlich und unerheblich nicht angenommen. Ita et in cauſa Epiſc. Monaſteriensis contra Erbmannos d. 13. Dec. a. 1687. iudicatum apud LVDOLPHVM *Obſ. for. Part. II. n. 162. p. 182. Reuiſionem per Notarium Sultz 4. Aprilis nuper denuo introductam non admittimus.* Pariter in cauſa Stecken contra Fürſten zu Hohenzollern per ſententiam 28. Ian. 1728 reuiſio quoad alia momenta reiecta, quoad alia, admiſſa. Vid. LVDOLPHI *Obſ. for. Supplem. app. I.* p. 79.

(g) Exemplum exhibet GE. MELCH. de LVDOLPH in *Obſ. for. Supplement. append. I. n. 4.* p 6. in cauſa reuiſionis, aduerſus ſententiam priori inhæſiuam, interpoſitæ, in cauſa Hollſtein contra Lübeck anno 1665. Laſt man es bey der am 13. Dec. jüngſt ergangenen Urtheil, nichtig geſuchter Reuiſion ohngehindert, bewenden.

Digitized by Google

mittit, quod ſummam reuiſibilem non attingat. (h) Vnde in caſu *reuiſionis prohibitæ*, *vel alioquin ſecundum merita cauſæ principalis notorie iniuſtæ*, Cameram reuiſionem ſibi intimatam per decretum reiicere poſſe, recte ſtatuit TEXTOR. (i) Ceterum Cameræ cognitio et deciſio *præparatoria* ſeu *prouiſionalis*, non vero definitiua eſt, cum ad Appellationis ſimilitudinem (l) *Iudicis Superioris* ideoque et *Viſitatorum* et *Syndicatorum* ſalua ſemper et integra ſit definitiua quæſtionis, de Syndicatu *admittendo* vel *reiiciendo*, cognitio. (m)

§. XXXV.

Qua quidem de re euidentius adhuc conſtabit, ſi quæ huius doctrinæ fata fuerunt, curatius expenderimus. In tanto, qui olim fuerat, Reuiſionum abuſu, iuſtitiæ promouendæ ergo, Camera imperii *a. d.* v. *Febr. anni* CIↃIↃCXIX. SENATVS CONSVLTO decreuerat, (a) cogni- *Quod vlterius exponitur.*

(h) MELCH. a LVDOLPH in *iure Cam.* p. 320. SCHWEDER de *conc. et elect. rem.* *c. II.* §. 9. p. 31.

(i) TEXTOR in *Diſſ. ad Rec. Imp. de a. 1654. diſſ. XIII.* § 42. Conf. DECKHERRVS in *notis ad Conr. ab Offenbach tr. de reuiſ. act. n. 34.* p. 429.

(l) *c. 5. de Appellat. in 6.*

(m) TEXTOR *l. cit. diſſ.* XIII. § *41. p. 281.* HERTIVS *de iud. reuiſ.* §. *XXIV.*

(a) Vid. gemein Beſcheid *de a. 1619.* in CORP. IVR. CAMERAL. p. 765. ibi: Als ſeynd die in Reichs- und Deputations- ſonderlich aber im Jahr 1557. publicirten Abſchied vorgeſchriebene Mittel an die Hand genommen, und demnach auf vorhergehende reiffe Berathſchlagung und wohlbedachte Beweaniſſen pleni Senatus aus den gemeinen Rechten, Reichs-Abſchieden und Satzungen declarirt, erklährt und ermeſſen worden, daß dem Kayſerl. Cammer-Gericht ſein freyer ſtarcker unverhinderter Lauf und Gerichts-Ubung durch angebrachte und vorgewandte Reviſion, nicht ſo bald ohne Unterſcheid verhindert, ſiſtirt und eingeſtellt, ſondern dem-

cognitionem de *formalibus* pariter ac de *materialibus* reuiſionis, quoad ex his quæſtio, de reuiſione admittenda vel reiicienda, decidi poſſit, penes *Cameram* eſſe. Huic Senatusconſulto plures ſtatus Imperii mox contradixiſſe, auctor eſt LYNCKERVS. (b) Quæ res in Comitiis

demſelbigen nicht weniger als andern Unter-Richtern, von deren Urtheilen ſuppliciret und appelliret wird, verſtattet und zugelaſſen, nicht allein de formalibus Reuiſionum, ſondern auch circa materialia zu erkennen, ob denſelben in Krafft obberührter Rechten zu deferiren, oder aber, wo nicht gänzlich zu verwerfen, jedoch im Proceſſ ferner zu verfahren, ſo lang und viel bis das Richterliche Amt zumahl exſpirirt, und ſonſten die Appellation auch ihren Effectum Suſpenſiuum erreicht und erlangt. Ad huius SCti mentem ſententiam ſuam fere conformaſſe videtur DECKHERVS in *not. ad Conr. ab Offenbach tr. de reuiſ. act. n. 25. p. 427.* qui, *fixum eſt*, inquit, *ſciendi in foro noſtro principium: quæſtiones de formalibus interpoſitæ Reuiſionis iuſte vel ſecus adimpletis conſiderationes perſonarum cauſarumque concurrentes et tandem deciſionem integra illius quæſtionis: An reuiſio locum habeat vel non? neque ad Electorem Moguntinum, cuius notorie in his nulla ſunt partes; neque ad Commiſſarios et Reuiſores, quamuis id muneris ſibi aliquando arrogare tentauerint, vllo prorſus modo; ſed ad ſolam et vnicam Cameram Imperialem, omnibus aliis excluſis optimo maximo iure, ab plus quam immemoriali tempore iuſte poſſeſſo, iuſtius præſcripto, validiſſime, conſeruato pertinere. Ea enim eſt in Iudicibus Cameræ confidentia totius Imperii, vt non extet memoria ipſis, vtut non in ſpeciem non vulgariter petita reuiſione, attentatis læſiſue, ea propter quæſtionem ſtatus motam: ſed magis illorum religioni concreditum aut relictum, etiam ferme non in propria cauſa iudicium ferre.*

(b) LYNCKERVS de *grauam. extraiud. cap. IX. P. II. § 12.* hæc habet. *Anno 1629. SSer. Duces Brunſuicenſes Rei in cauſa cum Ep. Hildeſ. - - - dictum Senatus Conſultum* oder gemeinen Beſcheid *reſpicere noluerunt, et reuiſionem contra inſinuatam executionem ſententiæ vrſerunt: Cum et totum Collegium Electorale eidem SCto* aus Mühlhauſen *ſub dato 7. Dec. 1627. iam ante contradixiſſet*, und die Kayſerl. Majeſtät es *anno 1631.* von Regenſpurg aus *caſſiret*, auch am Crayß-Tag zu Braunſchweig *in a. 1619.* gegen daſſelbe ausdrücklich *proteſtiret* worden. Sic et Legati Brunſuicenſes in Comitiis Deputationis a 1644 aduerſus hoc SCt. ſententiam dixerunt in *Act. Comitialib. Ratiſbon. lib. IX. §. XX. n. 11. p. 247.*

Digitized by Google

mitiis Ratiſbonenſibus anni cIↃIↃcLIV. de *vi et auctoritate huius SCti Cameralis* conſultandi locum fecit, vbi non modo *Status, ad Punctum iuſtitiæ deputati*, a. cIↃIↃcLIII. contra eius auctoritatem ſententiam dixerunt, (c) verum etiam *Collegium Ciuitatum Imperii* in concluſo a. d. v. April cIↃIↃcLIV. (d) petiit n. XXI. begehren, daß das *Senatus Conſultum Camerale de a.* cIↃIↃCXIX. *cum omnibus, quæ in rem iudicatam tranſierunt, vt et mandata pœnalia* zu *caſſi*ren und weiters nicht zu *attendi*ren. *Correlatione a. d.* VI. *April,* cIↃIↃcLIV. inter tria Imperii Collegia inſtituta, Ciuitatum Imperii deſiderium futuræ deliberationi expoſitum, et in protocollo binis verbis notatum eſt, iſt ausgeſtellet. (e) Cumque deinceps reſolutio Cæſareæ Maieſtatis *a. d.* XI. *April.* eiuſdem anni ad Statuum Imperii concluſa inſequeretur, quæſtio, de Senatus Conſulto Camerali euertendo, *ſilentio* prætermiſſa eſt. (f) Eodem tempore quæſtio ipſa, *penes quem de admittenda reuiſione cognitio eſſe debeat*, inter Status Imperii tractata eſt. De qua *Electores Imperii* ita rationes ſubduxerunt: (g) In puncto reuiſionis wären, die Churfürſten der Meynung, daß die quæſtio, an Reuiſio ſit admittenda? ad Cameram gehörte, das iudicium Reuiſorium aber ad Reuiſores. In alia omnia abierunt *Principes Imperii*: (h) In puncto reuiſionis könten ſie die decideci-

(c) Vid. *Acta Comit. Ratiſb.* apud illuſtr. et generoſiſſ. Dn. de MEIERN *tom. II. p. 399.*

(d) Vid. *Acta Comit. l. c. tom. II. lib. XIV.* §. *III. n. III. p. 640.*

(e) Vid. *Acta Comit. l. c. tom. II. lib. XIV.* § *III. n. II. p. 638. in f.*

(f) Vid. *Acta Comit. l. c. lib. XIV.* §. *IV. n. I. p. 640.*

(g) Vid. *Acta Comit. l. c. lib. XIV.* §. *III. n. I. p. 637.*

(h) Vid. *Acta Comit. l. c.*

ciſionem quæſtionis: An reuiſio ſit admittenda? den Aſſeſſoribus nicht einräumen, würde ſonſt bey denſelben ſtehen, die Status des beneficii zu priuiren. Facta deliberatione et Correlatione, Electores in *partes Principum* ſeceſſerunt. Sed nec huius cauſæ in reſolutione Cæſareæ Maieſtatis *a. d.* XIII. *April.* et XXIII. *April.* CIↃIↃCLIV. mentio iniecta; (i) quo ipſo euenit, vt in RECESSV IMPERII de hac quæſtione nihil diſpoſitum ſit. Nondum enim rem conficit §. CXXXIII. dicti *Receſſus Imperii:* Wenigers nicht ſollen die Reuiſores zwiſchen den Partheyen, die ſich zu ſolchem Ende einfinden möchten, iedoch ohne Aufzug und Hinderung anderer Sachen, die gütliche Vergleichung, ſonderlich in den wichtigen Sachen vor allen Dingen verſuchen, auch die Acta, da metus armorum vorhanden, vor andern fürnehmen und expediren; wo aber die reuiſio friuole geſucht wird, ſoll derſelben von denen Reuiſoribus keinesweges deferiret werden. Quæ conſtitutio quamuis Reuiſioni a *Reuiſoribus* deferri poſſe, præponat; Cameræ tamen facultatem eidem vel deferendi vel eam ob *apertum grauaminum defectum* reiiciendi, non adimit. Namque cognitio de prouocatione vel admittenda vel non admittenda, pro diuerſitate circumſtantiarum tum penes iudicem *a quo* eſt, tum penes *iudicem ad quem*, ceu ex eis, quæ §. anteced. expoſuimus, apparet. Etiamſi itaque Receſſus Imperii cognitionem iſtam penes Reuiſores quoque eſſe, præponat, eamdem tamen Cameræ non denegat, quin potius vtramque quæſtionem, in Comitiis agitatam, *alteram* de SCto Camerali euertendo, *alteram* de iure Cameræ, ſuper Reuiſione admittenda co-

(i) Vid. *Acta Comit. l. c. §. IV. n. 1. p. 640. et §. VI. num. I. p. 656.*

Digitized by Google

cognoſcendi, ex iſto SCto ſibi aſſerto, ſilentio prætermittit. Quæ quamquam ita ſe habeant: *viſitatione Cameræ* tamen *extraordinaria* in Seculi huius auſpiciis inſtituta, et SCtis Cameralibus ſub examen Viſitatorum Cameræ reuocatis, *quædam illorum* reiecta, quorum numero laudatum SCtum *anni* cIↄIↄcxix. non eſt, *pleraque* vero, quoad *iuri Imperii communi conueniunt*, comprobata. (l) Senatus Conſultum itaque *anni* cIↄIↄcxix. eatenus vim et auctoritatem habet, quatenus *iuri communi* conforme eſt: illud autem iuri Communi eatenus conforme eſſe, §. *ant.* explicuimus, quatenus Cameræ tum de *formalibus* reuiſionis ac Syndicatus cognoſcendi, tum de reuiſione vel Syndicatu, *manifeſto friuole* interpoſitis, decernendi, eaque *prouiſionaliter*, ſalua ſem-

(l) Vid. *Decretum Viſitationis extraordinariæ a. d. 27. Nou. 1713.* in *Corp. Iur. Cameral. p. 949.* von wegen der höchſt anſehnlichen Kayſerlichen Commiſſion und anweſender Herren Viſitatoren wird hiemit bedeutet, was maſſen man bey dermahliger Viſitation die nach und nach von dem Kayſer- und Reichs-Cammer-Gericht publicirte gemeine Beſcheide, um zu wiſſen, in wie weit ſie denen Reichs-Satzungen conform, durchgangen, und bey deren Erwegung dafür gehalten, daß, ſo viel diejenigen betrifft, welche in denen Reichs-Satzungen gegründet, (von welcher Gattung man die meiſten zu ſeyn befunden) es allerdings dabey zu laſſen, dergeſtalt jedoch, daß die jüngere Reichs-Geſetze vor denen ältern in alle Wege billig zu beobachten, dahero auch viele gemeine Beſcheide, welche ſonſt nützliche Verordnungen in ſich begreiffen, (nachdem in letzten Reichs-Abſchied verſchiedenes ratione proceſſus verbeſſert und in gewiſſer Maaß geändert worden) anjetzo bloß, als zur hiſtoriſchen Nachricht dienlich, anzuſehen seynd; Was aber diejenige gemeine Beſcheide anlangt, bey welchen eine etwas mehrere Bedencklichkeit, als bey andern ſich ereignet, davon hat man eine Verzeichniß hiebey geleget, und daneben angemerckt, wie ſolche zu verſtehen und zu beobachten, bis Ihre Kayſerl. Maj. und das Reich ein anders verordnet. Soll auch inskünftige bey Verfaſſung der gemeinen Beſcheiden dem §. 14. des in dieſem Jahr errichteten Viſitations-Abſchieds nachgelebet werden. Decretum in Conſilio Viſitationis. Wetzlar den 27. Nouembris 1713.

ſemper Superioris Iudicis cognitione, reiiciendi facultatem tribuit. (m) Cognitio itaque de his remediis admittendis non niſi per modum *exceptionis*, in caſu, ſi *friuole* interpoſita ſunt, Cameræ Imperii competit. Ex *regula* vero deciſio quæſtionis, vtrum admittenda ſint? penes Cameræ Viſitatores, Reuiſores ac Syndicatores eſt. Regulam, et quam dedimus, iſtius SCti Cameralis interpretationem firmat CAPITVLATIO *Nouiſſima;* (n) daß das beneficium reuiſionis pro odioſo oder unzuläßig durchaus nicht gehalten, und wenn die formalia ihre Richtigkeit haben, niemand verſagt werden ſoll.

§. XXXVI.

Syndicatum effectum ſuſpenſiuum non habere probatur.

Itaque formalibus Syndicatus rite obſeruatis, Syndicatu admiſſo, iureiurando Syndicatus præſtito, *cauſæ ipſius cognitio* ad futurum *iudicium Syndicatus* deuoluitur: *executio* vero ſententiæ, aduerſus quam interpoſitus eſt, non minus interim *ſuſpenditur* ac in Reuiſione, et diſcuſſio cauſæ principalis in Camera Imperii eodem modo continuatur, ac ſi Syndicatus interpoſitus non eſſet. Atque in hoc nucleus latet totius Syndicatus doctrinæ, ceu et de reuiſione obſeruat MYLER ab EHRENBACH, (a) in eoque argumen-

(m) Hanc in rem ſententiam exponit LYNCKERVS l. c. cap. IX. P. II. § XIII. p. 802. vbi et reuiſionem manifeſto *friuolam* reiiciendi ius eadem ratione *Cameræ* vindicat, *qua de Appellatione non admittenda Iudicem a quo ſuo modo, ſuperioris cognitione ſemper ſalua, cognoſcere vidimus. Quousque dictum Senatus Conſultum* (der gemeine Beſcheid) *de a. 1619. cum praeiudiciis, apud Rodingum p. 998. et alibi extantibus, quoad ſimpliciter, num admittenda videatur Reuiſio, definiunt*) *recipi poteſt.*

(n) CAPITVLATIO CAROLI VII. *Imp. art. XVII.* §. 2.

(a) In not. ad *Rumelini diſſ. ad Aur. Bull. diſſ. II.* §. *XXXI. p.* 420.

gumento, quid Syndicatus rationes velint quidque leges præcipiant, videbimus. Principio Syndicatus remedium aduerſus Iudices et Aſſeſſores, dolo malo inique iudicantes, inſtituitur, et inter *hos* et *partem læſam* agitur; ac proinde cauſam longe diuerſam a *lite principali*, inter vtrumque litigantem acta, continet: cuius conſequens eſt, vt nouum Syndicatus litigium, cum *iudice* ſuſceptum, *cauſæ principalis* et ſententiæ in hac latæ *executionem* impedire et ſiſtere nequeat. Accedit, quod *ratio*, cur *Remedia*, aduerſus ſententiam competentia, vi ſententiæ executionem ſuſpendendi polleant, in eo conſiſtat, quod *ſententiæ reformatio* per illa petatur. Atqui cum Syndicatus non ad ſententiæ dolo malo inique latæ reformationem, ſed ad litis æſtimationem eiusque, quod intereſt, præſtationem, a iudice obtinendam, tendat: conſequitur, ratione iſta ceſſante, ceſſare quoque Syndicatus effectum ſuſpenſiuum. Vnde LYNCKERVS, (b) *ſed hoc*, inquit, *Syndicatus remedium numquam ſuſpendit ſententiam, quia in eo non de reſcindenda ſententia ſed de coercenda malitiæ iudicis agitur*.

§. XXXVII.

Tandem vt ad originem Syndicatus remedii, ſupra (§. II.) expoſitam, redeamus, id ex *actione in factum*, aduerſus iudicem male iudicantem, ſub ſchemate et forma *Supplicationis* propoſita, natales duxiſſe, vidimus. *Vlterior probatio.*

(b) LYNCKER de *grau. extraiudic.* cap IX. P. II. §. LXVI. p. 886. Eodem argumento vtitur SCHWEDERVS de *concurſ. et elect. remed. adu. ſent. cap. IV. §. 71. p. 76.* et GRAVIVS de *iudic. Syndic. c. VI. §. 1. p. 62.*

dimus. *Supplicatio* autem, præſtita a parte victrice cautione, ſententiæ executionem iure Romano non impediebat. (a) Quare et hac ratione *Syndicatui* negandus videbatur, quem nec ipſius natura et indoles patiebatur, *effectus ſuſpenſiuus.* Denique rem omnem conficit Sanctio RECESSVS RATISBONENSIS *anni* cIↃIↃXXXII, expoſita Syndicatus forma, conſtituens: (b) doch daß nichts deſtoweniger mit *execution* der geſprochen und erkandten Urtheil am Cammer-Gericht vollnfahren und *procedi*ret werde.

§. XXXVIII.

Fata effectus ſuſpenſiui in Reuiſione.

Diuerſæ olim fuerunt *Reuiſionis* rationes: de quibus non minus videbimus, vt quæ de Syndicatu expoſuimus, euidentiora euadant. Cum Reuiſionis remedium ad *corrigendam* euertendamque iniquam ſententiam comparatum ſit: in eo *ratio* aderat, ob quam remediis aduerſus ſententiam effectum ſuſpenſiuum datum eſſe, diximus. (§. XXXVI.) Reuiſione ergo in ORDINATIONE CAMERALI *anni* cIↃIↃLV. introducta, cautum eſt, (a) vt executio ſententiæ tamdiu ſuſpenderetur, donec, cauſa cognita, conſtare poſſet, vtrum ſententia reuidenda confirmanda an reformanda eſſet, et tunc demum executioni mandaretur. Quæ ſanctio cum, variam ICtorum interpretationem experta, dubia et controuerſa reddita eſſet; tandem in RECES-

(a) NOVELL. *CXIX. c. V.* §. *17.* cuius integram ſanctionem et *Auth. Qua Supplicatio. C. de precib. Principi offerend.* ſupra §. II. dedimus.

(b) REC. IMP. *a. 1532, art. 3.*

(a) ORD. CAM. P. III. tit. 53. §. 8.

CESSV IMPERII *anni* cIↃIↃC. repetita, dubiiſque liberata eſt. (b) Quæ quidem conſtitutio eo tempore, quo viſitationes et reuiſiones *annuæ* erant, iuſtitiæ non adeo noxia, nec ad hanc protrahendam adeo accommodata erat. Ex quo vero ab *anno* cIↃIↃLXXXII. ordinariæ viſitationes *deſierant*, et tot reuiſiones, quarum exequendarum nec initium nec exitus apparebat, interponebantur; in maximum *abuſum* et iniuſtitiæ aſylum abierunt, ad quod confugerent, quibus, in lite victis, animus erat, vim ſententiarum eludere, in poſſeſſione rerum per ſententiam euictarum manere, nil præſtare, quod per ſententiam imperatum erat, liteſque immortales reddere. (c) Atque ab *anno* cIↃIↃLXXXII. vsque *Comitia nouiſſima Ratiſbonenſia* numerus Reuiſionum, non expeditarum, prope ad viginti millia excreuerat: (d) quæ omnes effectum ſententiarum hactenus ſuſpenderant. Quæ res ſollicitos tenuit Imperii Status de medicina morbo quærenda: et cum iuſtum reuiſionis vſum

(b) REC. IMP. *d. a. 1600.* §. 144. Als auch Streit fürgefallen, wann durch ein Parthey wegen einer an unſerm Cammer-Gericht wieder ſie ergangen Urtheil eine Revision gebührender Weiß begehrt ... ob deſſelben ungeachtet auf Anhalten der obſiegenden Partheyen und auf oblation oder Leiſtung gebührender Caution, in puncto executionis zu procediren und zu vollnfahren, oder ob damit gäntzlich bis zu endlicher Erörterung der ausgeſchriebenen Revision ſtill zu ſtehn. ... So ordnen und wollen wir doch, daß pendente Reuiſione mit der Execution nicht zu verfahren, ſondern damit eingehalten werden ſoll.

(c) Hæc æque ac ſimilia argumenta in *Comitiis Ratiſbonenſibus a.* 1653. 1654. a Statibus Imperii propoſita apud illuſtr. et generoſiſſ. Dn. de MEIERN in *Actis Comit. Ratiſb. tom. II. p.* 247. 399. 477. et alibi paſſim.

(d) Ceu refertur in *Act. Comit. Ratiſb. l. c. p.* 399.

vſum vna cum abuſu tollere parum ex re fore videretur: (e) expeditiſſimum iſtius abuſus impediendi remedium viſum eſt, id potiſſimum reſecare, quod protrahendarum litium materiam dederat, et tollere omnino Reuiſionis *effectum ſuſpenſiuum.* (f) Itaque in RECESSV IMPERII NOVISSIMO cautum eſt, vt Reuiſionum, in cauſis ſecularibus interpoſitarum, impoſterum tantum *deuolutiuus*, non ſuſpenſiuus, effectus eſſet, et ſententia, cautione de omnibus in euentum retractatæ ſententiæ reſtituendis, a parte victrice prius præſtita, executioni mandaretur. (g)

§. XXXIX.

(e) Pro abolendo Reuiſionis remedio multis rationibus pugnauerat *Camera Imperii* in Bedencken dem punctum Iuſtitiæ betreffend *de a. 1643. ibid. p. 152.* beſſerung des Juſtitz-Weſens betreffend, dictat Ratiſb. 10. 20. Dec. 1653. in *Actis Comit. Ratiſb. l. c. p. 444.* et apud LONDORPIVM *l. c. tom. VII. lib. 6. c. 393. p. 423.*

(f) Effectum ſuſpenſiuum Reuiſionum, præſtita a parte victrice cautione, euertendum eſſe, iam in medium propoſuerat Camera Imp. in *Act. Comit. Ratiſb. l. c. p. 254.* idque Conſilium placuerat *Deputationi Imperii Francofurthana* in Gutachten die Verbeſſerung des Iuſtitz-Weſens betreffend dictat. 20. Iun. 1644. in *Actis Comit. Ratiſb. ibid. tom. II. p. 203.* approbatum in Relatione Statuum Imperii ad Punctum Iuſtitiæ in Comitiis Ratiſb. a. 1653. deputatorum *ibid.* p. 419. et apud LONDORPIVM in *act. publ. tom. II. lib. V. c. 102. p. 947.* nec non in allgemeinen Reichs-Gutachten die Ver-

(g) REC. IMP. *de a. 1654.* §. *124.* Setzen, ordnen und wollen auch, daß der effectus ſuſpenſiuus bey den geſuchten reuiſionibus wieder Cammer Gerichtliche Urtheil inskünftig aufgehoben ſeyn, und allein deuolutiuus ſtatt finden ſoll. Idem repetitum in Capitulationibus Imperatorum. Vid. CAPITVLATIO CAROLI VII. *art. XVII.* §. 2. zu deſto mehreren Abkürtzung ſolcher Reuiſionen unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts die diesfalls in Reichs-Abſchied de a. 1654 beliebte und noch ferner beliebende Ordnung genau in Acht zu nehmen, und denſelben keinen effectum ſuſpenſiuum zugeſtehen.

Digitized by Google

§. XXXIX.

Ex his ergo, quæ de *Reuiſionum effectu ſuſpenſiuo*, olim conſtituto, poſtea ſublato, expoſuimus, iam ſatis intelligitur, I.) Conſtitutionem ORDINATIONIS CAMERALIS et RECESSVS IMPERII *de a.* cIↄIↄc, quæ vnice *in reuiſione* effectum ſuſpenſiuum induxerat, *ad Syndicatum* non pertinuiſſe. Quamuis enim Syndicatus et Reuiſionis *eadem* ex regula *iura* ſint: hoc tamen ad ea iura neutiquam applicandum, quæ in *peculiari* et cuilibet horum remediorum *propria natura* rationem habent. Iam vero rationes, cur effectus ſuſpenſiuus Syndicatui negatus, reuiſioni datus ſit, in propria et diuerſa vtriusque indole, fundatæ ſunt. (§. XXXVI. XXXVIII.) Diſpoſitio igitur de effectu reuiſionis ſuſpenſiuo nec ad Syndicatum extendi, nec ſanctio RECESSVS IMPERII *anni* cIↄIↄXXXII., (§. XXXVIII.) adducta, per eam abrogata dici poteſt. Cuius conſequens eſt, II) vt cum effectus ſuſpenſiuus in Syndicatu *ſemper* exulauerit, opus non ſit, ceſſationem eius demum ex conſtitutione RECESSVS IMPERII NOVISSIMI repetere, ſiquidem, quem numquam habuit Syndicatus, eidem nec adimere oportuit. Nec minus III) perſpicitur, ſi quis *Syndicatui* per ORDINATIONEM CAMERALEM *anni* cIↄIↄLV. effectum ſuſpenſiuum ſub *Reuiſionis* nomine *datum* eſſe adſtruat, eumdem non poſſe non ſimul aſſerere, Syndicatui effectum ſuſpenſiuum ſub *Reuiſionis* nomine in RECESSV IMPERII NOVISSIMO et IMPERATORVM CAPITVLATIONIBVS rurſus *ademtum* eſſe. Tandem IV) ex laudata RECESSVS IMPERII NOVISSI-

Inde deducta concluſiones.

MI ſanctione hoc ſatis idoneum conſequa ratione deduci poteſt argumentum: vt cum nequidem reuiſio, qua tamen ſententiæ emendatio intenditur, effectu ſuſpenſiuo polleat: multo minus Syndicatus, qui ad ſententiam reformandam plane non pertinet, vim ſuſpendendi ſententiæ executionem habere queat.

§. XL.

Cautio in caſum ſuccumbentia in Syndicatu non præſtanda.

Immo nequidem Cautio de *reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ*, qua alioquin Leges Imperii Reuidentem ob ſubſecutam executionem ſecurum præſtant, in *Syndicatu* iure exigi poteſt. Quæ cautio cum eo tendat, vt pars victrix, quæ ex ſententia impetrauit, in caſu *retractatæ ſententiæ* reſtituere promittat; profecto tale remedium iuris præponit, quo *emendatio et retractatio ſententiæ* obtineri poteſt. Cautio ergo exulat in *Syndicatus* remedio, quod non ad ſententiæ reformationem ſed ad litis æſtimationem a iudice conſequendam tendit; ſiquidem et laudatus RECESSVS IMPERII *anni* cIↃIↃxxxii. effectum ſuſpenſiuum Syndicatus absque onere cautionis negat. Vbi ſane deeſt materia cautionis, vbi fruſtra exigitur cautio. Cuius quæſo rei nomine in Syndicatu a parte victrice cauendum? Finge, eum, qui Syndicatu vſus eſt, propitiam ſententiam obtinere: dolus iudicis male iudicantis vindicabitur condemnatione in id, quod partis læſæ intereſt. Et hactenus ſubſiſtit iudicium Syndicatus. Neque ſane de ſententia confirmanda vel reformanda quæſtio fuit, neque ergo eſt, de quo alter litigantium ei, qui Syndicatu aduerſus iudicem vtitur, caueat. Ex quo patet, Syndicatum effectu ſuſpenſiuo deſtitui *absque onere cautionis*, quam-

Digitized by Google

quamquam vel maxime in reuiſione, cautione demum præſtita, effectus ſuſpenſiuus ceſſet. Ceterum ſi Syndicatus remedio vſurus, Reuiſionem ſimul inſtituit; Reuiſionis nomine cautio præſtanda; eaque præſtita, *ſententiæ a qua* parendum, et parte victrice petente, iudex in cauſa vlterius procedere poteſt. De *modo cauendi* nihil iam attinet dicere, de quo luculenter egit ill. MOSERVS. (a) Id vnicum addimus, *cognitionem de idonea cautione*, hoc caſu præſtanda, penes *Cameram Imperii*, non penes Reuiſores eſſe, eamque in rem Imperatorem in CAPITVLATIONE NOVISSIMA (b) fidem adſtrinxiſſe, nicht zu geſtatten, daß die Cognition über die nach dem Reichs-Abſchied de Anno cIↄIↄcLIV. §. 124. in caſum ſuccumbentiæ zu erlegende caution de reſtituendo und deren Zulänglichkeit dem Cammer-Gericht entnommen und vor die reuiſores gezogen werden möge. (c) Quid enim

(a) MOSERVS de *Reuiſione Sect. VII. §. 7. ſeqq.*

(b) CAPITVLAT. NOVISSIMA *art. XVII. §. 2.*

(c) Immo et dudum de idonea cautione reuiſoria cognoſcendi ius Cameram Imperii exercuiſſe, patet rerum iudicatarum exemplis apud G. MELCH. de LVDOLPH. in *ſuppl. obſ. for. Append. I. faſc. V. n. 58. p. 79.* in cauſa Stecken contra Fürſten zu Hohenzollern: Iſt Notarius Müller auf vorbrachter Gewalt zu dem iuramento Reuiſorio hiermit gelaſſen, in puncto Cautionis aber Dr. Gülchens Cautions-Schein pro ſufficienti angenommen, hingegen ſo wohl Lambrecht als auch Weydemann in ihrer Cantzelley offerirte Haabſchafft quoad immobilia anzuzeigen, und die in loco rei ſitæ richtige Hypothec darauf zu beſtellen, angewieſen. In übrigen der Zinckiſchen Wittib anerbothene Caution wann ſie zuforderſt in ſupplementum cautionem iuratoriam leiſten wird, für genugſam angenommen. Vid. ſimilem ſententiam *ibid. p. 122.* welchem nächſt die durch Dr. Brand von Gegerſchen Eheleuten geleiſtete Caution pro futuro iudicato vor genugſam, des beſchehenen Einredens ohngehindert, auf- und angenommen.

Digitized by Google

enim aliud eſſet, cognitionem de cautione præſtanda ad Reuiſorium Iudicium transferre, quam *ſententiæ a qua* executionem vſque ad inſtitutam Cameræ Viſitationem ſuſpendere, et reuiſioni rurſus dare, qui ei ademtus eſt, effectum ſuſpenſiuum.

§. XLI.

Pendente Syndicatu, in lite principali coram Camera Imperii vlterius proceditur.

Bene ac ſapienter itaque hoc modo legibus Imperii prouiſum eſt, vt ne, dum partibus remedio Syndicatus ac reuiſionis conſulitur, curſus iuſtitiæ et vlterior litis diſcuſſio impediretur. Pendente Syndicatu ergo vlterius in cauſa *coram Camera Imperii* procedendum, idque diſertis verbis in RECESSV IMP. *anni* CIↃIↃXXXII. cautum; (a) doch daß nichts deſtoweniger mit execution der geſprochenen und erkanndten Urtheil am Cammer-Gericht vollfahren und procediret werde. Quod quidem ſublati et ceſſantis effectus ſuſpenſiui certiſſimum conſequens eſt, vt cum vires ſententiæ per iſta remedia non ſuſpendantur, ſententiæ ordine iuris ſatiſfaciendum ſit, ac proinde in eodem Iudicio Camerali cauſa vlterius tractanda. Quodſi itaque aduerſus ſententiam *interlocutoriam* Syndicatus remedium interpoſitum; ſententiæ ratione cauſæ incidentis ſatiſfaciendum, et in cauſa principali ordine iuris progrediendum; ſin a *definitiua* ſententia, res, in quam condemnatio facta eſt, præſtanda. His commodis fruitur pars victrix, ſi *mandatum paritorium* et de exequendo a Iudice

(a) *R. I. a. 1532 art. III.* § *17.* Idem in RECESSV SPIRENSI *a. 1600.* § *144* de reuiſione cautum eſt, wenn dergleichen reuiſio geſucht worden, parti victrici frey ſtehen, ungehindert der angekündigten Reuiſion an unſern Cammer-Gericht darinn der Gebühr zu verfahren. Vid. CONCEPT. ORD. CAM. *P. III. tit. 63.* §. *5.*

dice decerni petat. (b) Neque prioris ſententiæ *paritionem* et *executionem* vlla ratione effugere, vel excogitato *reuiſionis* remedio impedire ac ſiſtere poteſt Pars victa: cum executio ſententiæ pendente Syndicatu *iuris manifeſti* ſit, ac proinde reuiſio, aduerſus eam interpoſita, non poſſit non *pro friuola* haberi. (c) Quodſi ergo pars victa ſententiæ ſatiſfacere et litem in Iudicio Camerali vlterius proſequi nihilominus detrectet: aduerſus eam tamquam in *contumacem* in cauſa recte proceditur. Leuiſſimi omnino momenti obiectio foret: iudicium Camerale ex Syndicatus inſtituti ratione ſuſpectum euadere. Hæc enim obiectio non modo ipſis Imperii Legibus, quæ in executione ſententiæ coram *Camera Imperii* procedi diſerte iubent, reiecta et reprobata, verum etiam parum idonea eſt, cum, quæ in *vnum alterumue*, qui Syndicatus arguitur, Aſſeſſorem cadit ſuſpicio, male ad *integrum Imperii dicaſterium* producatur, et præterea ſatis conſtet, integrum ſupremum Imp. dicaſterium non niſi ex cauſa, ad ſingula eius membra pertingente, recuſari poſſe. (cc) Quomodo autem, vno alteroue Aſſeſ-

(b) *R. I. de a. 1654. §. 124.* daß die Parthey vor welche die Sentenz geſprochen und von deren die Execution begehret wird ꝛc. Vnde iudex ad inſtantiam partis victricis, non ex officio, in cauſa vlterius procedit. MOSERVS de *reuiſ. Sect. 7.* § 7. Parte itaque vrgente *mandatum de exequendo* decernitur: quale occurrit in exemplo in LVDOLPHI *Suppl. Obſ. forenſ. App. I. faſc. V. p. 122.*

(c) Ita iudicatum *d. 23. Dec. 1716.* in cauſa Graffen zu Sayn und Witgenſtein apud LVDOLPHVM *obſ. for. P. II. app. I. n. 17. p. 21.* Läßt man es bey dem bemeldten 27. Oct. an die ausſchreibende Herren Fürſten des Ober-Rheiniſchen Creyßes erſandten Mandato de Exequendo, eingewandter Reuiſion und andern unerheblichen Vorbringens ohngehindert, dergeſtalt hiemit bewenden.

(cc) STRAVCHIVS in *Diſſ. exoter. diſſ. XIII* § *11, 12.* et de LVDOLPH in *iure Cam. p. 12. num. 11.*

Aſſeſſore ſuſpecto, litigantibus conſulatur, ex *Ordinatione Camerali* abunde conſtat, (d) ſiquidem cum in plures *Senatus* Aſſeſſores ſint diſtincti, *dimiſſis iis*, quos Syndicatus ſuſpectos reddit, cauſa poſſit aliis Aſſeſſoribus aliique Senatui demandari. (e)

§. XLII.

De iudicio Syndicatus.

Tandem vero ipſa Syndicatus cauſa diſcutienda eſt in Iudicio Syndicatus, quod eſt ſupremum Imperatoris et Statuum Imperii, ad Cameræ Imperii viſitationem Deputatorum, iudicium, quod per *Commiſſarios Cæſaris* et *Statuum Imperii delegatos Conſiliarios* ſub Directorio Moguntino exerceri ſolet. Elector Moguntinus autem, vel, ſi cauſa eum concernat, Elector Treuirenſis ad illius, qui coram ſe Syndicatum interpoſuit, preces rem omnem Imperatori Statibusque Imperii ad Viſitationem Cameræ conſtitutis ſignificat: quam in rem in Ordinatione Camerali cauetur, (a) darauf gedachter Ertzbiſchoff uns als Römiſchen Kayſer auch den Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Graffen und Städten, ſo zu der jährlichen Viſitation verordnet, ſchreiben, Uns und Ihnen ſolches anzeigen, mit Begehren, unſre Commiſſarien Ihre treffliche, erfahrne, geſchickte, und gelehrte Räthe zu ſchicken, in ſolcher Sache vermög des Recht zu handeln und die

(d) ORD. CAM. *P. I. tit. XIII. §. 13.* et *tit. XXII. §. vlt.* et CONC. ORD. CAM. *P. I. tit. XIX. §. 5. et. tit. XXXIV. §. vlt.*

(e) IO. LVD. BENDERVS de *reniſ. act. et ſent. Concl. XIV. n. 38. p. 237.* SCHWEDER de *Conc. et elect. rem. adu. ſent. c. IV. §. 11. p. 64.* IO. GRAVIVS de *iudic. Syndic. cap. IV. §. 5. p. 21.* IO. LIMNAEVS in *iure Publ. lib. IX. c. 2. n. 213.*

(a) ORD. CAM. *P. III. tit. 53. §. vlt.*

die Billigkeit zu verfügen, auch den Proceſſ derhalben vorzunehmen, immaſſen hieroben der Reuiſion halben geſetzet, und ſich ſonſt nach Ordnung unſer und des Reichs gemeinen Rechten zu thun gebühret.

§. XLIII.

De virtutibus Syndicatorum hoſque recuſandi iure.

Conſiliarios in rebus agendis verſatos, cauſarumque iudicandarum vſu ſubactos, ſeu prout CAPITVLATIO NOVISSIMA (a) deſiderat, der Sache wohl gewachſene Räthe, ad iudicium Syndicatus delegandos eſſe, cauſæ ipſius grauitas efflagitat, eo quod decreta *Ampliſſimi Ordinis* ab eis recognoſcenda ſint. Rerum Iudicialium parum peritos ad Cameræ Viſitationes aliquando miſſos eſſe, eamque rem illorum recuſandorum locum Cameræ Imperii feciſſe, loquitur RECESSVS IMPERII *anni* CIↃIↃLIX. (b) Immo id ipſum Camera Imperii olim inter *grauamina aduerſus Syndicatorum iudicium* potiſſimum retulit. (c) Vnde Cameræ vnum alterumue Syndicatorum ex iuſta cauſa recuſandi facultas data; (d) eaque de cauſa nomina Syndicatorum cum Camera Imperii, vt exceptionibus legitimis vti poſſit, communicanda eſſe, non immerito colligunt Doctores. (e) De iuſta Recuſationis cauſa et inde

(a) CAPITVL. NOVISS. *art. XVII. §. 4.*

(b) R. I. *d. a. 1559. §. 62.*

(c) Grauamina referuntur in tr. *de Syndicatu P. III. §. 15.* apud DECKHERRVM in *monum. lect. antiqu. p. 456.*

(d) Cit. REC. IMP. l. c.

(e) Vid. LIMNAEVS in *Iure Publ. lib. IX. cap. 2. n. 219.* REINCKING. de *regim ſecul. et eccleſ. lib. II. c. XV. n. 21.* GRAVIVS *de ind. Synd. c. VII. §. 2.*

Digitized by Google

inde pendente recuſati excluſione ceteri Syndicatores cognoſcunt. (f)

§. XLIV.

De iureiurando Syndicatorum.

Ad firmandam muniendamque iudicii Syndicatus integritatem, tam Imperatoris Commiſſarii quam Statuum, ad Viſitationem Deputatorum, delegati Conſiliarii, Syndicatorum partes ſubituri, iuſtitiæ ex æquo adminiſtrandæ fidem *iureiurando* adſtringere tenentur: nec aliter, quam eo præſtito, iudicandi facultate pollent. (a) Formulam iuriſiurandi ORDINATIO CAMERALIS præſcribit. (b)

§. XLV.

(f) Vid. *Rec. cit.* §. 63. Setzen, ordnen und wollen, daß in ſolchen Fällen der Exception oder Recuſation unſre Commiſſarien und die andern von gemeinen Ständen geordnete Viſitations-Räthe und Befehlhabern: ob einer oder mehr von dem oder denen, gegen den oder die alſo excipiret, bey der Viſitation Reviſion und Syndicat zu bleiben oder davon auszuſchlieſſen? zu erkennen auch ſolcher Erkänntniß nachgelebet werde.

(a) ORD. CAM. *P. III. tit.* 53. §. 8. und die Commiſſarii und Räthe von neuen zu ſolcher Sache ſchwören ſollen. Conf. LIMNAEVS *l. c. n.* 221. REINCKINGIVS *l. c. n.* 22.

(b) O. C. *P. III. tit.* 53. §. 9 et C. O. C. *P. III. tit.* 63 §. 17. Und ſolle unſere als Römiſchen Kayſers verordnete Commiſſarii, und die Räthe, und die Reviſores, oder Syndicatores, einen Eyd zu GOtt und auf das heilige Evangelium ſchwören, daß ſie in ſolcher Sachen hievor nicht gerathen, daß ſie auch die vorigen Richter in Ehren halten, alle und jede voreinkommende Gerichts-Acta, auch was durch die Partheyen vermöge dieſer Ordnung vorbracht worden, mit allen Fleiß revidiren, beſichtigen und erwegen, auch die Urſachen, daraus die erſte Urtheil geſprochen von den Urtheilern anhören, und auf ſolches alles, nach des Reichs gemeinen Rechten, nach ihrer beſten Verſtändniß, und nicht aus eigen geſuchten, und nicht auſſer den Rechten informirten Gewiſſen, gleich richten, und ſich keiner Sach dargegen bewegen laſſen: Auch von den Partheyen oder jemand anders ſolcher Sachen halber keine Gabe Geſchenck oder einigen Nutzen,

§. XLV.

Quatenus Syndicatui ante inſtitutum iudicium renunciari poſſit?

Ceterum Leges Imperii parti grauatæ, ſi pœnitere et ab exequendo, quem interpoſuit, Syndicatu mature deſiſtere velit, *pœnitendi* et impune deſiſtendi facultatem indulgent. Renunciaturus ſex ſeptimanis ante, quam Viſitatio et Syndicatus iudicium inſtituitur, Syndicatus renunciationem *Electori Moguntino* ſignificare tenetur, (a) quo ex Cancellaria Moguntina eius rei notitia tum ad *Viſitatores* tum ad *Cameram Imperii* deferatur: eoque nomine ſumtus expeditarum literarum aliasue impenſas refundere debet. Renunciatione Syndicatus vero iuſto tardius ſignificata, ſi eum temere et friuole interpoſitum eſſe appareat, *pœnam*, eiusmodi iniurio remedio ad labefactandam Iudicii Imperii ſupremi auctoritatem temere et friuole vtentium, pro iuſto Syndicatorum arbitrio non effugiet. (b)

§. XLVI.

De pecunia ſuccumbentiæ in iudicio Syndicatus præſtanda.

Qui in Syndicatus iudicio iure experiri cupiunt, in anteceſſum quantitatem pecuniæ in archiuo ſeu

durch ſich ſelbſt oder andere, wie das Menſchen Sinn erdencken mögten, nehmen oder nehmen laſſen wollen ohne alle Gefährde.

(a) Vid. REC. IMP. *Spirenſis* de *a. 1557.* §. 23 et CONC. ORD. CAM. *tit. 63.* §. 8. GRAVIVS *l. c. c. VII.* §. 2.

(b) REC. IMP. *l. c.* §. 24. Im Fall aber die Abkündigung vor obgeſetzten 6. Wochen nicht geſchehe, und denn diejenigen, ſo die Reuiſion oder Syndicat begehren, muthwillig fürnehmen geſpüret würde, dieſelben ſollen alsdann gebührlicher Weiſe nach Gelegenheit der Perſonen und Sachen, auch fürgenommener Reuiſion oder Syndicats auf Ermeſſen der Commiſſarien und Viſitatorn geſtrafft werden; zudem auch die Expenſas, ſo derentwegen aufgegangen ſeyn möchten, entrichten und bezahlen.

M

Digitized by Google

ſeu Lectoria Cameræ deponere debent, in *commiſſum* poſtea caſuram, ſi contra eos fuerit pronunciatum. Antiqua et veteribus Germanis dudum cognita fuit hæc litigantium, prouocatione alioue remedio abutentium, pertinaciam cohibendi ratio, Legibus probata firmataque, (a) quæ pecuniam in euentum, ſi lite caderent, deponi, vel eam a fideiuſſoribus ſponderi iubebant, vt pœnam et damnum ſentirent illi, qui eiuſmodi remediis abuſi, lites immortales reddere ſtuderent. In eumdem modum Syndicatum ab abuſu et calumnia vindicare ſtuduit ORDINATIO CAMERALIS: (b) Und damit in ſolchen der Partheyen Calumnien und Muthwillen, denn ſie mehr der Cammer-Gericht zu betrüben, als ſich einer Beſchwerde zu erholen gebrauchen möchten, vorkommen, und gebührlicher Weiß geſtraft werde, ſollen ſolche anhaltende Partheyen zuvor, und ehe ſolche Reuiſion vorgenommen, eine Summa Geldes, welche nach Gelegenheit der Perſonen und Sachen durch die verordnete Viſitatorn gemäßigt werden ſoll; in Fall daß die geſprochene Urtheil gerecht erfunden, dem Kayſerlichen fiſco zur Straffe und Errichtung der Koſtens, ſo jederzeit auf ſolch Syndicat und Reuiſion gehet, erlegen, und davor genugſamlich verbürgen. Ex quibus apparet I) ad Syndicatus iudicium deputatos Viſitatores, *quantum* deponendum ſit, pro *cauſa* et *perſonarum* qualitate æſtimare debere, (c) deinde II) pecuniam non ſtatim petito hoc remedio deponi,

(a.) Ceu ſolide oſtendit B. HEINECCIUS de *pecunia in caſum, ſi cauſa ceciderint, ab appellantibus deponenda* §. 14. et WILDVOGEL de *pecunia ſuccumbentiæ.*

(b) *O. C. P. III. tit.* 33. §. 2. *et C. O. C. P. III. tit.* 63. §. 7.

(c) BENDERVS de *reuiſione Concl. V. n. XIII.* HERTIVS de *iudic reuiſ* § 26 HARPPRECHT de *caut. iurat.* §. 46.

poni, ſed demum *peracta* a Viſitatoribus *æſtimatione* deponendam eſſe; (d) denique III) *cautionem* quoque hic ſolutionis ac depoſitionis vice fungi, ſiquidem verba vltima, quamquam copulatiua, alternatiue tamen accipienda eſſe monet RODINGVS, (e) adeo vt, deficiente fideiuſſoria vel pignoratitia cautione, iurata promiſſio admittatur, ſe ſi temere hoc remedio vſum fuiſſe appareat, pecuniam, a Viſitatoribus æſtimatam, ſoluturum eſſe. Verum cautioni amplius locus non eſt, poſtquam Receſſus Imperii nouiſſimus realem illius ſummæ, pro qua acta æſtimantur, ſportularum et impendiorum Viſitatoribus ſoluendorum nomine deponi iuſſit. (f) Damit dann auch die Partheyen von den friuolis

(d) BLVM. *Proc. Cam. tit. LXXVII.* §. 26.

(e) in *Pand. Camer. lib. III. tit. 61.* §. 22.

(f) REC. IMP. de *a. 1654.* §. 126. Multa in Comitiis Ratiſbonenſibus de pœna ſuccumbentiæ, in huius remedii introductione ſtatim deponenda, deliberata ſunt. Camera Imperii propoſuerat: weiter wäre zu bedencken, ob nicht zu verordnen rathſam, daß *in hoc odioſo remedio* alsbald *cum introductione Reuiſionis* eine gewiſſe *Summa* Geldes, *a Camera*, welche die beſte *information* der Sache hat, *pro qualitate cauſa taxanda ad archiuum* von denjenigen, der ſich der *Reuiſion* gebrauchen wolle, würcklich erlegt werden müſte. Vid. *Acta Comit. Ratiſbon.* apud Illuſt. et Generoſ. Dn. de MEIERN *tom. II. lib. 9. p. 154.* Nec ab hoc conſilio aliena ſententia Statuum Imperii Deputatorum fuit in den Gutachten der Reichs-*Deputation*, die Verbeſſerung des Juſtitz-Weſens betreffend, *dictat. 11. Iun. 1642. ibid. p. 204.* daß die *Acta* ſo man *ad reuiſionem* zu bringen gemeinet, von den *Aſſeſſorn pro qualitate cauſa taxirt* und die *Sportula* alſo balden von demjenigen, ſo ſich der *Reuiſion* zu gebrauchen ſucht, würcklich *ad archiuum* hintergelegt werden. Quo cum conſpirat das allgemeine Reichs-Gutachten, *Dictat. Ratiſb. 10. 20. Dec. 1653. ibid.* p. 445. Sed eadem cauſa nihilominus adhuc ſub curatiores conſultationes Statuum Imperii reuocata eſt, nonnullis vehementer, immo ſub prote-

ſtatio-

Digitized by Google

lis Reuiſionibus um ſo vielmehr abgehalten werden, ſo ſollen die Acta, ſo man zur Reuiſion zu bringen vermeynet, nicht allein von den Reviſorn nach Beſchaffenheit der Sachen taxiret, und die Sportulæ von demjenigen, der ſich der Reuiſion gebrauchen will, alsbald würcklich ad Archiuum hinterlegt werden, und er da Sententia per Reuiſores confirmiret, oder auch von der Reuiſion wieder abgewichen, oder derſelben renunciiret werden wolte, ſolcher hinterlegter Gelder (es wäre dann, daß die Partheyen ſich vor würcklicher Vernehmung der Sachen gütlich vergleichen würden,) verluſtigt ſeyn, ſondern in alle Wege, auch wann die Temeritæt und der Muthwille zu groß, die Parthey und Aduocaten über dieſes alles noch dazu mit einer anſehnlichen Geld- und auf den Fall ihrer Unvermögenheit, mit Leibes-Straffe, nach Ermäßigung belegt, die Straffen zwar zu unſers Kayſerlichen und des H. Reichs Cammer-Gerichts Nothdurfft, die Sportulæ aber, zu der Reuiſoren Unterhalt verwendet werden.

§. XLVII.

De modo procedendi in iudicio Syndicatus.

Denique vt quæ ad ipſam Syndicatus perſecutionem in iudicio Syndicatorum explicandam pertinent, breuibus expediamus, obſeruandum, I) grauaminibus Syn-

ſtatione, inſtantibus, ne taxa, quam vocant, actorum Aſſeſſoribus Cameræ, ſed Viſitatoribus, relinqueretur: man ſehe nicht, 1) wie dieſelbe denen Herren Aſſeſſoribus, ſo doch gleich Parthey werden, ſolche taxam überlaſſen, auch 2) die Stände ſolches iuris, welches ihnen gebühret, vltro ſich alſo freywillig begeben, und 3) andern, ſo allem Vermuthen nach das Reuiſions-Werck ſchwer zu machen ſuchen, einräumen ſollen. Vid. *Acta Comit. l. c.* p. 572. 562. 576. ſeqq. Quibus rebus factum, vt in cit. REC. IMP. §. 126. *Viſitatoribus* æſtimatio actorum reuidendorum relicta ſit.

Syndicatus cum illis Cameræ iudicibus et Aſſeſſoribus, qui doli, in male iudicando admiſſi, arguuntur, ad *excipiendum* communicatis, (a) II) duo momenta a parte grauata euincenda eſſe, ſententiam non modo *iniquam* eſſe, verum etiam *dolo malo* eorumdem ita pronunciatam eſſe: daß 1) aus Betrug oder Argliſt von Geſchenck, Mied, Gaab, Bitt, Freundſchafft oder an der dergleichen Urſach wegen 2) ein nichtige und ungerechte Urtheil gefällt oder gegeben wäre, prout decernit ORDINATIO CAMERALIS, b) quæ vtrumque alio loco iterum iterumque deſiderat, (c) daß der Urtheiler einer oder mehr in ſolcher Sachen 1) von Geſchenck, Mied, Gaab, Bitt, Freundſchafft, Feindſchafft oder ander dergleichen Urſachen 2) ein nichtige oder ungerechte Urtheil geben. Cum autem III) dolo malo id feciſſe dicantur, ſi *euidens* arguatur eorum vel gratia vel inimicitia vel etiam ſordes: (d) non niſi *euidenti doli probatione* defungi poteſt pars grauata, eoque euidentiori, quo maior pro iudicum, in adeo eminenti dicaſterio ad iuſtitiam iureiurando adſtrictorum, religione præſumtio militat. (e) Denique IV) de altero probationis momento, de *ſententiæ* videlicet *iniuſtitia*, vel ex *finita*, quæ ſimul inſtituta erat, *reuiſione* con-

(a) ORD. CAM. *P. III. tit. 53.* §. *1.* in f. CONC. ORD. CAM. *P. III. tit. 63.* §. *3. et 10.*

(b) ORD. CAM. *l. c.* §. *vlt.*

(c) ORD. C. *l. c.* §. *6.*

(d) Ceu definit *L. 15.* §. *1. D. de iudiciis.*

(e) Tractat. de *Syndicatu P. III.* §. 8. apud DECKHERRVM in *monum. lect. ant.* p. 454. SCHWEDERVS de *conc. et elect rem. adu. ſent. c. IV.* §. *11. p. 63.* TEXTOR in *Diſſ. ad Rec. Imp. a. 1654. diſſ. XIII.* §. *53.* GRAVIVS de *iud. Synd. c. V.* §. *15.*

conſtat, (f) vel de ea adhuc, ſuſcepta *cauſæ recognitione*, ſtatuendum. Quæ quidem cauſæ recognitio V) eodem, ac in *reuiſione*, modo coram Syndicatorum iudicio peragitur, præſentibus iudicibus et Cameræ Aſſeſſoribus, qui cognitioni antea interfuerunt, iiſque in fidem iuriſiurandi, ſub officii auſpiciis præſtiti, ſe acta illius cauſæ iudiciaria diligenter recogniturosſ, et velut auctores ſententiæ, *rationes* vnde depromta ſit expoſituros reddituroſque eſſe, promittentibus, (g) viſis tandem inſpectisque *actis prioribus*, ex quibus vnice de cauſæ iuſtitia ſtatuendum. Cauſa denique cognita, redditiſque ſententiæ rationibus VI) Syndicatores ſoli, Iudice et Cameræ Aſſeſſoribus dimiſſis, (h) perpenſis doli mali Iudici imputati probationibus, ponderatis ipſius cauſæ argumentis, de abſoluendo vel condemnando iudice ſtatuunt et ſententiam dicunt. VII) Iudice reo *abſoluto*, *pecunia* in euentum, ſi pars grauata in Syndicatu ſuccubuerit, *depoſita* in *commiſſum* cadit, (i) et iudex *literas Syndicatus*, ſeu teſtimonium, *quod officio boneſte functus et ab iniuſta Syndicatus petitione abſolutus ſit*, petere poteſt, (l) ſalua aduerſus partem litigantem actione iniuriarum. Contra vero VIII) *dolo iudicis* in male iudicando *probato*, decreta *pecuniæ*, in caſum ſuccumbentiæ *depoſitæ*, *reſtitutione*, condemnatio fit in id, quod *partis læſæ intereſt:* ideoque vel in *litis æſtimationem*, ſi litis iacturam paſſa eſt, vel ſi ſenten-

(f) ORD. CAM. *l. c.* §. *vlt.* wo aber eine Parthey vermeynet oder ſich *ex reuiſione* befünde ꝛc.

(g) *O. C. l. c* §. *vlt in f. et* §. *4.*

(h) *Ord. C. l. c.* §. *4.*

(i) *O. C. l. c.* §. *2. et C. O. C. P. III. tit. 63* §. *7.*

(l) Tract. de *Syndicatu P. III.* §. *11.* apud DECKHERRVM *l. c. p. 455* SCHWEDERVS *l. c. cap. IV.* §. *7.*

tentiæ emendationem reuiſione alioue remedio obtinuit, in *impenſarum* tantummodo omniſue *damni* inde illati reſtitutionem. (m) Remedium Syndicatus enim rei perſecutorium eſt, quo damni eiuſue quod intereſt refuſio intenditur, non vero pœnale iudicium eſt: quo ipſo a *iudicio Syndicatus criminali* diſtinguitur. (n) Tandem IX) cum Syndicatores ad *cauſam Syndicatus tantum*, non ad cauſam principalem cognoſcendam, conſtituantur: conſequens eſt, ſententia ab ipſis lata, eorum iudicandi poteſtatem finiri, ac proinde *remiſſa* cauſa, litis vlteriorem diſcuſſionem *Cameræ Imperii* relinquendam. Idem enim et in reuiſorio iudicio diſpoſitum eſt in ORDINATIONE CAMERALI: (o) und mit der Execution ſolcher reformirter Urthel am Cammer-Gericht vollfahren werden.

§. XLVIII.

Iudicium Syndicatus in Comitiis Imperii non inſtituitur: vnde exulat Recurſus.

Vidimus itaque, quale in Legibus Imperii conſtitutum ſit *Syndicatus iudicium*, coram Imperatore, Statibusque Imperii, ad Viſitationem Cameræ deputatis, eorumue Delegatis ſuſcipiendum. Cuius conſequens eſt, vt ni quis a *forma huius iudicii*, in Legibus Imperii adeo perſpicue expoſita, recedere fas eſſe arbitretur, cognitionem de Syndicatus cauſa ad *Comitia Imperii* transferri poſſe, iudicare nequeat. Et ſane non fortuito et præter rem ſed prouido conſilio ad hæc repræſentatitia Viſitatorum comitia cum reuiſionis tum Syn-

(m) SCHWEDER. *l. c. cap.* III. §. IV.

(n) ORD. CAM. *l. c.* §. 6. *et* C. O. C. *l. c.* §. 14.

(o) O. C *l. c.* § 4. C. O. C. *l. c.* §. 12. GRAVIVS *l. c. cap.* II. §. 5. SCHWEDERVS *l. c. cap.* IV. §. 11. *p.* 64.

Digitized by Google

Syndicatus cauſæ delatæ ſunt, ne quæ ad negotia Imperii *publica* inſtituuntur comitia, *litibus* cognoſcendis recognoſcendiſque, diſtringantur. Legibus itaque legumque rationibus repugnaret, qui ex cauſa Syndicatus inſtitueretur ad Comitia Imperii recurſus: (a) vt prætereamus, Syndicatum, cum ad litis æſtimationem vergat, *cauſæ iuſtitiæ* et *priuatæ* deciſionem concernere, in qua exulat omnis recurſus. (b)

§. XLIX.

Nec ſub colore communis grauaminis Recurſui ad Comitia locus eſt.

Neque ſub colore *communis Statuum Imperii grauaminis* cauſam Syndicatus ad Imperii Comitia transferre licet, quod videlicet iuſtitiam in Imperii Dicaſteriis ex æquo et bono et absque omni affectu adminiſtrari, omnium Ordinum Imperii interſit, nec non grauamen Partis Syndicantis ob metum, ne ſimilem ſortem reliqui Imperii Status experiantur, ad omnes pertinere videatur, das grauamen werde um der ſchädlichen Folgen willen allgemein. Verum quidem eſt, Statibus Imperii, ſi ſe contra Sanctiones Imperii Pragmaticas grauatos, et iura vel omnium omnino Imperii Statuum vel certæ tantum

(a) ORD. CAM. P. I. tit. 50. §. 5. CONC. ORD. CAM. P. I. tit. 64. §. 20. REC. IMP. a. 1654. § 165. SCHWEDERVS de *elect. et conc. remed. adu. ſent. c. II.* § 12. *p. 39.*

(b) V. Celeb. MOSERI Betrachtung des Recurſus von den höchſten Reichs-Gerichten an den Reichs-Conuent c. V. § 14. 15. Vnde, non attento Recurſu ad Comitia, cauſas vlterius in Summis Imperii tribunalibus tractari, *Concluſo Iudicii Imp. aulici de d. 16. Octobr. 1708.* illuſtrat PAVL HENNING. GERKEN in *Otio Vienna Ratiſbonenſi cap. XIII.* § 4. Man läſſet es, des zum Reichs-Conuent in Juſtiz-Sachen wieder die Reichs-Conſtitutiones genommenen recurſus ohngehindert, bey den ſtarcken Lauff des allhier befangenen Proceſſus.

tantum religioni addictorum læſa eſſe conqueruntur, ius eſſe ad Comitia Imperii ſe conuertendi et grauamina Imperatori et Conſtatibus medelæ quærendæ cauſa proponendi. (a) Veriſſimum autem et illud, *grauamen* hunc demum *commune* euadere, ſi Status Imperii in eo iure læſus eſt, quod ei cum reliquis Imperii Statibus, qua talibus, commune eſt, ſiquidem hoc ipſo eiuſmodi grauamen in cauſam publicam abit. Quæ omnia abſunt a caſu propoſito, cui color grauaminis communis ex remota et tali conſecutione obtenditur, cui *legitimis iuris remediis*, Reuiſione et Syndicatu, obuiam itur. Quæ profecto cauſa foret, quæ per eiuſmodi indirectam conſequentiam non poſſet non ad omnes Status produci, et ſic aditus impeditus et apertus fieri ad recurſum in omnibus cauſis petendum. Quæ cauſa male iudicaretur, in qua non ob futurum in ſimilibus cauſis grauamen cauſa communis dici poſſet? Cui bono Reuiſionis et Syndicatus remedia introducta, quam vt ſi quæ ſint parti læſæ, vel aliis in futurum metuenda grauamina, emendentur, et ſi quæ culpa iudicis male iudicata, reuiſione in melius reformentur, ſin dolo iudicantium aliter, ac oportuit, iudicata, in Syndicatus iudicium vocentur, decreta eius, quod Partis intereſt, præſtatione. Ipſa ratio introductorum horum remediorum euincit, vt quoties in cauſis priuatis Reuiſionis vel Syndicatus remedio defectus iuſtitiæ tolli et reparari poteſt, toties Recurſui ad

(a) REC. IMP. RATISB. a. 1576. §. 52. CAPITVLATIO NOVISSIMA *art. XIII. §. 6. et 8.* et PAVLVS HENNINGVS GERKEN in *Otio Vienna Ratiſb.* ſeu de *voto Conſilii Aul. ad Imp. et recurſu ad Comit. cap. XIII. §. 1. cap. XIV. §. 1.*

ad Comitia locus non ſit: ne alioquin frustra hæc remedia conſtituta eſſe dixeris. (b)

§. L.

Nec ſub prætextu quieſcentium Viſitationum.

Quæ quamquam ita ſe habeant, non minimum tamen dubitationis momentum tulit Statuum Imperii querela, Reuiſionis non minus, ac Syndicatus remedia poſt *intermiſſas* tanto temporis ſpatio *Cameræ Viſitationes* adeo ad explicandum et exequendum difficilia reddita eſſe, vt exitum conſequi vix poſſe videantur: ideoque via coram Deputatis Viſitatoribus, Reuiſoribus, Syndicatoribus medelam grauaminum obtinendi, præcluſa, aditum et refugium ad Comitia vix ac ne vix quidem impediri poſſe. Non improbabiles quidem querelæ, ab adeo impedito Viſitationum vſu petitæ: quæ tamen non niſi eo pertinent, vt Imperator Imperiique Status horum *remediorum executionem*, reuocatis in vſum Cameræ Viſitationibus, vel alia commoda ratione *faciliorem expeditioremque* reddant; neutiquam vero id efficiunt, vt partibus citra Legum præſcriptum aliam ſententias, in ſupremis Dicaſteriis latas, impugnandi viam ingredi, et Recurſu ad Comitia ſuſcepto, in vim Reuiſionis Syndicatusue vti permittant. In legitimis ſententias impugnandi remediis ſubſiſtunt CAPITVLATIONES *Imperatorum*, (a) decernentes: Was einmahl in erſtgedachten unſern Reichs-Hoffrath oder Cammer-Gericht *in iudicio contradictorio cum debita cauſæ cognitione* ordentlicher Weiſe abgehandelt und geſchloſſen iſt, dabey ſoll es

(b) Vid. Celeb. KIPPINGIVS de SCtis ſupremorum iud. cap. V.

(a) *Capitulatio* CAROLI VI. *art. XVI et Capitulatio* CAROLI VII. IMP. *art. XVI.* §. 16.

es förderſt allerdings verbleiben, und nirgend anders, es ſey denn durch den ordentlichen Weg der in offtermeldten Friedens-Schluß beliebter und nach deſſen *art. V. §. quoad proceſſum iudiciarium* anſtellender *reuiſion* oder *Supplication* von neuen *in cognition* gezogen. Vt vero litigantium querelis medela quæreretur, et abuſui ſuſcepti, deficiente Reuiſione vel Syndicatu, Recurſus obuiam iretur: cautum eſt in CAPITVLATIONE *Nouiſſima art. XVII. §. III.* (b) vt quæ in RECESSV IMPERII *anni* CIↃIↃCLIV. §. CXXX. Viſitationis et Reuiſionum expediendarum cauſa decreta erat, *Deputatio Imperii extraordinaria*, in effectum proxime deduceretur. Limites itaque antiquos, iure legeque probatos, et hactenus per tentatam ſæpius ad Comitia prouocationem turbatos, iterum reſtituit Capitulatio Nouiſſima, Deputatione Imperii eo fine ordinata, vt abuſus Recurſus, loco reuiſionis expetiti, ſiſteretur, ceu his verbis notatur, auch denen in letztern Zeiten in Ermangelung des *remedii Reuiſionis* genommenen Recurſus Ziel und Maaß zu ſetzen iſt.

§. LI.

Quatenus in defectu viſitationum Extraordinaria Syndicatus Commiſſioni locus eſſe queat?

Itaque Syndicatus exercendi vis et poteſtas a felici eius, quæ dudum in Receſſu Imperii a. CIↃIↃCLIV. decreta et cui in effectum deducendæ in Capitulatione Cæſarea Nouiſſima proſpectum eſt, *Extraordinariæ Imperii*

(b) Hunc articulum Capitulationis Nouiſſimæ et quæ ad exornandam doctrinam de Recurſu ad Comitia pertinent, docta et eleganti commentatione expoſuit Vir illuſtr. GE. HENR. AYRERVS de *Recurſu ad Comitia per capitulat. Nouiſſ. reſtricto non ſublato §. XXI. ſq.*

perii Deputationis euentu pendet. Rem vtiliſſimam, Germaniæ ſalutarem ſuaque prouidentia dignam, ſupremæ Auguſtiſſimi Imperatoris CAROLI VII. ſollicitudini commendandam cenſuit ELECTORVM PRINCIPVM IMPERII Collegium, literis ea de re ad Imperatorem *a. d.* XXIV. *Febr. anni* cIↄIↄccxLII. Francofurthi datis; (a) et quod ex re Imperii fore exiſtimauit IMPERATOR, *Statuum Imperii* placitum de modo Extraordinariam Imperii Deputationem idonea ratione explicandi, requiſiuit per *Decretum Commiſſionis ſignat. d.* XXVII. *Iul. anni* cIↄIↄccxLII. (b) Cauſa nondum expedita, rebus multis ſatis impedita, et cui expediendæ, ſi ad ſanctionem Receſſus nouiſſimi redieris, nondum fere ſeculum ſuffecit. Qua de re olim multum conqueſtus Epiſcopus Monaſterienſis intuitu Reuiſionis, aduerſus ſententiam iudicii Cameralis in cauſa aduerſus Erbmannos interpoſitæ, rem tanto ſtudio coram Imperatore et Statibus Imperii egerat, vt *extraordinaria reuiſionis*, coram ſex imperii Deputatis explicandæ, *Commiſſio* in Comitiis Imperii decerneretur per *Concluſum Imperii d. d.* XXX. *April.* cIↄIↄccVI. (c) Quod Decretum quamquam ex ſingularibus rationibus ohne Abbruch der Reichs-Satzung und aus ſonderbahren dabey vorkommenden Conſiderationen und Umſtänden ohne einige conſequenz, datum eſſe dicatur: ſaluberrimam tamen reuiſionum expediendarum, iuſtitiæ in adeo impedito

(a) Literæ Electoralis Collegii extant in DIARIO ELECTIONIS *Caroli VII. Imp. in append. II. n. I. p. 57.*

(b) Quod extat in DIARIO CORONATIONIS *Caroli VII. Imp. in adiunct. lit. G. p. 31.*

(c) Vid. *Electa iur. Publ. tom. II. p. 233* ſeq. et ill. MOSERI Betrachtung des *Recurſus* an den Reichs-*Convent. cap. IV. p. 170.*

pedito viſitationum vſu promouendæ, nec omnino a legibus Imperii abhorrentem rationem continere videtur, vt, quoad Viſitationes et Deputationes Imperii ad cauſas Reuiſionis et Syndicatus explicandas deficiunt, in cauſis præſertim moram non ferentibus extraordinaria Reuiſionis vel Syndicatus Commiſſio nonnullis Imperii Statibus deputatis deferatur. Vt adeo quo iuſtioribus rationibus Status Imperii, ad remedia iſta confugientes, defenduntur, ſimili, quo Epiſcopus Monaſterienſis vſus eſt, conſilio extraordinariam hæc remedia exequendi rationem requirendi et efflagitandi, eo iuſtioribus rationibus Imperator et Imperii Status ducantur, indulgendi, quæ, alia via deficiente, iuſtitiæ promouendæ ſola inſeruit, extraordinariam Reuiſionis et Syndicatus Commiſſionem. (d)

§. LII.

Pendente Syndicatu, cauſa principalis ſub prætextu recuſationis ad Comitia transferri nequit.

Ceterum vti Syndicatus remedium ad Comitia Imperii tranſferri nequit: ita nec *pendente Syndicatu* recurſus ad Comitia in cauſa *principali* ſub colore *recuſationis* ſuſpecti iudicii fieri poteſt. Quam in rem ſupra iam §. XLI. vberius oſtendimus, cauſæ principalis vlteriorem excuſſionem nec *remorari* interpoſito Syndicatus remedio, nec eo pendente alibi quam in *Camera Imperii* tractari, nec eo nomine *integrum ſupremum Imperii dicaſterium*, quamquam Aſſeſſores, doli incuſatos, recuſare liceat, *recuſari* poſſe: ex quo id efficitur, in *cauſa principali*, pendente Syndicatu, recurſum exulare.

§. LIII.

(d) Vid. MOSERVS *l. c. p.* 172.

§. LIII.

An ſub colore interpretationis authenticæ, in Syndicatus remedio petenda, Recurſui locus eſſe queat?

Denique cum quæ *Syndicatus* remedium concernunt, *iura* partim Legibus Imperii luculenter expoſita, partim ad ea, quæ in *Reuiſione* obtinent, reuocata ſint, adeo vt dubiæ interpretationis nihil, quod *authenticam* interpretationem deſideraret, occurrat, ſed omnia *doctrinali* interpretatione expediri queant: nec etiam *prætextu interpretationis authenticæ* requirendæ recurſus ad Comitia in Syndicatu dabitur. Ob Legum dubiarum declarationem non niſi tunc ad Comitia refugiendum, ſi omnia interpretationis principia ad indagandam legis ſententiam non ſufficiant, ſi obſcuritas ſi ambiguitas abſque violentia tolli nequeat, prout adpoſite loquitur HOFFMANNVS. (a) Quoad vſque Legis interpretatio ex *verbis* et *ratione* legum capi poteſt, Iudicium interpretandi ſparta defungitur: neque eo nomine peti poteſt ad Comitia Recurſus. (b) Leges Imperii authentice interpretari, res comitialis eſt; Legum Imperii ſententiam vero ex *verbis* earumdem dare, ex earumdem *ratione* vel reſtringere vel extendere, easque ſecundum *Ius Commune* et alias Legum Conſtitutiones declarare, cauſa eſt ſupremorum Imperii tribunalium, non minus ac ad quoſcunque iudices et ICtos interpretatio legis doctrinalis, extenſiua et reſtrictiua pertinet: eamque Iudiciorum Imperii

(a) CHRIST. GOTHOFR. HOFFMANNVS de *ratione interpretandi leges imp. c. I. §. IX. et cap. V.*

(b) CHRIST. VALENT. HAPPELIVS de *recurſu ad Cæſar. maieſtat. th. XI.* quæ diſſertatio exſtat in *append.* III. ad LVDOLPHI *ius Camer. p. 97.*

rii facultatem firmant muniuntque Imperii Sanctiones. (c)

§. LIV.

De rariori vſu Remedii Syndicatus.

Syndicatum inter rariſſimos et difficiles caſus refert Celeberrimus quondam Cameræ Aſſeſſor GEORG. MELCHIOR DE LVDOLPH. (a) Immo BVRGOLDENSIS (b) vel qui ſub hoc nomine latet, *Philippus Andreas Oldenburgerus* Syndicatum nullo adhuc exemplo in Camera firmatum eſſe arbitratur. Verum enim vero in inſigni huius remedii raritate nonnulla tamen eius exempla occurrunt: *alterum* eſt *Argentinenſium*, quos primum, licet irrito conatu, de Syndicatu conqueſtos eſſe, auctor eſt IOANNES DECKHERRVS, qui et reſponſum iuris in cauſa Syndicatus, ab Argentinenſibus petiti, adfert; (c) *alterum* eſt in cauſa *Baron* von *Kielmannſegg contra Roloffs* Erben zu Hamburg, quod memorat GABRIEL. SCHWEDERVS (d) et cuius ſupra mentionem iniecimus (§. XXX. *not. a)* Omnium mirationem ſubiit nouiſſimum exemplum, quo

(c) REC. IMP. a. 1557. §. 5. REC. IMP. SPIRENS. a. 1570. § 77. CONC. ORD. CAM. P. II. tit. 38. PAVLVS HENNINGVS GERKEN in *Otio Vienna Ratiſbonenſi cap. VII. §. 2. 3. p. 71.* et Celeb. KIPPINGIVS de *SCtis ſuprem. Iudic. cap. II. §. III. ſeqq.*

(a) in *Iure Cam.* p. 337.

(b) BVRGOLDENSIS in *notitia rerum illuſtr. Imp. Part. II. diſc. XIX. §. 10. p. 1073.* quo auctore idem affirmat THOMASIVS in *Diſſ. de actione aduerſus iudicem imperit. iudicant.* §. XVIII. Neque exemplum vllum attulit IO. GRAVIVS in diſſ. de *Iud. Synd.*

(c) DECKHERRVS in *monum. lect. ant.* p. 457.

(d) SCHWEDER. de *elect. et conc. remed. adu. ſent.* p. 77.

Digitized by Google

quo in illuſtri *cauſa*, quæ inter *Auguſtiſſimum Principem noſtrum*, *Potentiſſimum Magnæ Britanniæ Regem*, qua Ducem Lauenburgicum, et inter ciuitatem Imperii Lubecenſem ratione *terræ et Aduocatiæ Mollenſis* verſatur, *Reuiſionis remedium*, *iuncta querela Syndicatus*, ſuperiori anno a Lubecenſibus tentatum, coram Electore Moguntino interpoſitum, et in Camera Imperii introductum eſt: nouo, vt videtur, ſuffugio quæſito, ad litem, quæ iam ad Ducentos fere annos producta eſt, immortalem reddendam. Hæc fere, quantum ex *Iuris Cameralis conſultorum* ſcriptis editisque *rerum iudicatarum* et in *Camera actarum* argumentis priuato colligere licuit, Syndicatus, in Camera interpoſiti, exempla ſunt. Nobis, quibus in ſterili, quod arauimus, ſolo huius remedii natales, indolem et iura ex veris fontibus ex legibus Imperii antiquioribus et nouioribus perueſtigare animus fuit, id ſufficiet, ſi, Te iudice, *Candide Lector*, nec a veritate nec a Iuſtitia deflexiſſe videamur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google